© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.

ULPGC
Cop. 850145

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.

# DIRECTORIUM CHORI,

## UNA CUM PROCESSIONALI,

*Juxta Ordinem, ac Ritum*

FRATRUM DEI GENITRICIS

# VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELI,

Continens ea, quæ ad Sacra Officia cantu perſolvenda pertinent:

EX MANDATO N. R. A. P.

LUDOVICI ANTONII DE AZEVEDO,

*In Sacra Theologia Magiſtri, Definit. Generalis, & Trium Ord. Milit. Examinatoris, hujus almæ Provinciæ Portugaliæ Prioris Provincialis, nec non Commiſſarii Viſitatoris Generalis.*

## PARS II.



LISBONÆ, M.DCC.LIV.

Apud JOSEPHUM DA COSTA COIMBRA.

*Cum facultate Superiorum.*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.

# INDEX EORUM,

Quæ in hoc Directorio continentur.

## PARS II.

*De Communione infirmorum.* Pag. 1.
*De Unctione infirmorum*, pag. 8.
*Forma abſolutionis* , pag. 21.
*De obitu Fratris* , pag. 25.
*De ſepultura Fratrum* , pag. 60. 65.
*De ſepultura extraneorum* , pag. 82.
*De ſepultura parvulorum* , pag. 85.
*Proceſſio mortuorum* , pag. 94.
*De Ternariis* , pag. 104.
*Forma abſolvendi excommunicatum jam mortuum* , pag. 108.
*Officium defunctorum* , pag. 113.
*Ad Matutinum* , pag. 126.
*Ad Laudes* , pag. 171.
*Lectiones* 1. 2. & 3. *Noct. in die Omnium fidelium defunctorum* , pag. 186.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.

*Recommendatio ante Miſſam*, pag. 201.
*Stationes poſt Miſſam*, pag. 207.
*In die omnium fidelium defunctorum O.N.*, pag. 212
*Stationes poſt Miſſam*, pag. 213.
*Miſſa pro defunctis*, pag. 217.
*Abſolutio in fine*, pag. 244.
*Abſolutiones ſolemnes*, pag. 250.
*Benedictio novæ ſepulturæ*, pag. 266.

DI-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# DIRECTORIUM CHORI,

## *JUXTA RITUM ORDINIS FRATRUM B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo.*

## DE COMMUNIONE Infirmorum.

*CUM communicandus fuerit infirmus, pulſetur campana tribus vicibus, & Fratres omnes cum Cappis albis conveniant in Eccleſiam, ſeu Capellam: & facturus Officium indutus cota, & ſtola, & cappa ſerica, ſeu pluviali, ubi fuerit, & ſuper humeros habens pannum, ſeu velum ſericum longum, accipiat ſacratiſſimum Corpus Chriſti in vaſe, & cooperiat deſuper mappula munda: & proceſſionaliter procedant*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.



*primò Acolythus ſuperpelliceo inductus nola pulſando; alter verò portet aquam benedictam: & deinde omnes Fratres cum candelis accenſis, dicendo alternatim Pſalm. ſequent.*

*Pſalmus 50.*

MIſerére mei Deus, * ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum: * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea: * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóſco: * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci: * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus ſum: * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexíſti: * incérta, & occúlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtáſti mihi.

Aſpérges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium, & lætítiam: * & exultábunt oſſa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis: * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Ne projícias me à fácie tua: * & ſpíritum ſanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui: * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de ſanguínibus Deus, Deus ſalútis meæ: * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam,

Dómine, lábia mea apéries: * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluíſſes ſacrificium, dedíſſem útique: * holocáuſtis non delectáberis.

Sacrificium Deo ſpíritus contribulátus: * cor contrítum, & humiliátum Deus non deſpícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion:* ut ædificéntur muri Jerúſalem.

Tunc acceptábis ſacrificium juſtítiæ, oblatiónes, & holocáuſta: * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Glória Patri &c.

*Et ſi neceſſe fuerit, reiteretur: ultimò Miniſter cum ſacratiſſimo Sacramento; qui cùm pervenerit ad locum, ubi jacet infirmus, dicat:* Pax huic dómui. *Reſpondeant alii:* Et ómnibus habitántibus in ea. *Tunc ponat vas cum Sacramento in loco decenter, & debitè anteà præparato: & accipiens aſperſorium, aſpergat infirmum incipiens Antiph.* Aſpérges me. *Omnibus aliis proſequentibus cum verſ.* Miſerére

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



mei, Et ſecúndùm multitúdinem. Glória Patri., *&* Sicut erat., *&* *repetita Antiph.* Aſpérges. *dicat*

℣. Salvum fac ſervum tuum.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.

℟. Et de Sion tuére eum.

℣. Nihil proficiat inimícus in eo.

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.

℣. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.

℟. A' fácie inimíci.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

Deus infirmitátis humánæ ſinguláre præſidium, auxílii tui ſuper infirmum noſtrum oſténde virtútem: ut ope miſericórdiæ tuæ adjútus, Eccléſiæ tuæ ſanctæ incólumis repræſentári mereátur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum: Qui tecum &c.

*Deinde benignè infirmum interroget, ſiquid aliud ad confitendum ſibi reſtat, aut non benè confeſſum, vel declaratum, &c. Quòd ſi habet, aliis locum dantibus, audiat. Deinde infirmus humiliter roget Priorem, & ceteros Fratres, ut ſiquid erga eos deliquerit, ei gratis dimittant: & Miniſter vice omnium, reſpondeat, omnia ei dimitti. Poſteà infirmus faciat generalem confeſſionem dicendo:* Confiteor

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



teor Deo. *& ſi nequiverit, ſaltem tundens pectus dicat:* Mea culpa de ómnibus peccátis meis: precor vos oráre pro me. *Tunc omnes Fratres dicant:* Misereátur tui &c. *Poſteà Prior ſolus (ſi adſit, etiamſi ipſe non fecerit Officium) ſtans prope infirmum, dicat:* Indulgéntiam &c. *& poſteà dicat hanc Orationem.*

Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui dixit diſcípulis ſuis: Quæcúmque ligavéritis ſuper terram, erunt ligáta & in cœlis: & quæcúmque ſolvéritis ſuper terram, erunt ſolúta & in cœlis: de quorum número (quamvis indígnos) nos eſſe vóluit: ipſe te abſólvat per miniſtérium noſtrum ab ómnibus peccátis tuis, quæcúmque cogitatióne, locutióne, operatióne, & omiſſióne negligénter egíſti: atque à néxibus peccatórum tuórum abſolútum perdúcere dignétur ad regna cœlórum. Qui cum Patre, & Spíritu ſancto vivit & regnat in ſæcula ſæculórum. ℞. Amen.

*Deficiente Priore, prædicta dicat qui facit Officium. Poſtea Miniſter reverenter accipiat Corpus Chriſti, & anteponat infirmo, dicens:* Ecce, Frater, Corpus Dómini noſtri Jeſu Chriſti, quod tibi deférimus. Credis hoc eſſe verum corpus ejus, in quo eſt ſalus, vita & reſurréctio noſtra? *Infirmus reſpondeat.* Credo., *& percutiens pectus dicat ter:* Dómine non ſum dignus, ut intres ſub tecum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanábitur ánima mea.

*Tunc*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Tunc porrigat ei Sacramentum, dicens:* Accipe viáticum córporis Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui te cuſtódiat ab hoſte malígno, & perdúcat in vitam ætérnam. ℟. Amen.

*Poſteà abluat digitos cum vino, & aqua det ei ablutionem, & dicat:*

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

DOmine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, te fidéliter deprecámur: ut accipiénti Fratri noſtro ſacroſánctum Corpus Dómini noſtri Jeſu Chriſti Fílii tui, tam córpori, quàm ánimæ proſit ad remédium ſempitérnum. ℟. Amen.

*Et iterùm aſpergat eum aqua benedicta, dicens:*

*Oremus.*

EXáudi nos, Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, & míttere dignéris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtódiat, fóveat, prótegat, viſítet, & deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Benedíctio Dei omnipoténtis Pa✠tris, & Fí✠lii, & Spíritus ✠ ſancti deſcéndat ſuper te, & máneat ſemper. ℟. Amen.

*Deinde revertantur ad Eccleſiam, ſeu Capellam ordi-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*ordine, quo venerunt, dicendo Pſalmum* Miſerére mei Deus.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens ſempitérne Deus, ſalus ætérna credéntium, exáudi nos pro fámulo tuo infirmo Fratre noſtro, pro quo miſericórdiæ tuæ implorámus auxílium: ut réddita ſibi ſanitáte, gratiárum tibi in Eccléſia tua réferat actiónes. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Non pulſetur nola ad regreſſum, niſi in caſu, quo Corpus Domini contigerit reportari; & tunc poſt Pſalm.* Miſerére. *dicatur Oratio ſequens.*

*Oremus.*

DEus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili Paſſiónis tuæ memóriam reliquíſti: tríbue quæſumus; ita nos Córporis, & ſánguinis tüi ſacra myſtéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter ſentiámus.

*Et Oratio* Omnípotens ſempitérne Deus &c. *ut ſupra.*

*Si Prior fuerit infirmus, & communicandus, ſerventur omnia prædicta: hoc addito, quod poſt* Confiteor Deo. Miſereátur. Indulgéntiam: *&* Dóminus noſter Jeſus Chriſtus. *Fratres humiliter rogent*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*gent illum, ut ipſe etiam dimittat eis quidquid er ga eum deliquerint; & ſi convenienter loqui potu rit, Fratres petant ab eo abſolutionem, dicendo* Confiteor Deo. *Et ipſe ſubjungat:* Miſereátur., Indulgéntiam.

*Prædictus modus communicandi ſervetur pr Sororibus, mutato nomine ſexus: & idem ſerveti in earum Extrema unctione, Recommendatione an mæ, & Sepultura, ut infra.*

# DE UNCTIONE
## Infirmorum.

*AD ungendum infirmum pulſetur campana ut in communione infirmorum dictum eſt & Fratres omnes conveniant in Eccleſiam: interin que Prior (vel alius, cui ipſe injunxerit) induat ſuperpelliceo, cum ſtola violacea. Congregatis Fr tribus, dicant alternatim:*

*Pſalmus 40.*

BEátus qui intélligit ſuper egénum, & páup rem: * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conſérvet eum, & vivíficet eum, beátum fáciat eum in terra: * & non tradat eum ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolc

ejus

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



ejus: * univérſum ſtratum ejus verſáſti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miſerére mei: * ſana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Etſi ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor ejus congregávit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur foras: * & loquebátur in idípſum.

Advérſum me ſuſurrábant omnes inimíci mei: * adverſum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum conſtituérunt advérſum me: * Numquid qui dormit, non adjíciet ut reſúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi: * qui edébat panes meos, magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem Dómine miſerére mei, & reſúſcita me: * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi, quóniam voluíſti me: * quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepíſti: * & confirmáſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſrael à ſæculo, & uſque in ſæculum: * fiat, fiat.

Glória Patri &c.

*Pſalmus* 141.

VOce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Dóminum deprecátus ſum.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Effúndo in conſpéctu ejus oratiónem meam : * & tribulatiónem meam ante ipſum pronúntio.

In deficiéndo ex me ſpíritum meum : * & tu cognovíſti ſémitas meas.

In via hac, qua ambulábam : * abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderábam ad déxteram, & vidébam; * & non erat qui cognóſceret me.

Périit fuga à me : * & non eſt qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine : * dixi : Tu es ſpes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam : * quia humiliátus ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me : * quia confortáti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : * me expéctant juſti, donec retríbuas mihi.

Glória Patri &c.

*Et dicendo Pſalm. procedant ad infirmariam hoc ordine: Primò frater portans aquam benedictam: deinde duo Acolythi cum cereis accenſis : poſteà Frater portans laternam cum lumine, & crucem ſine baculo : deinde Sacerdos deferens ante ſe Oleum ſanctum, & Sacriſta juxta eum ferens ſtuppam, vel pannum lineum ad tergendum uncturam : poſteà ſequatur Conventus, junioribus præcedentibus. Cùm autem*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*autem pervenerint ad infirmariam, Sacerdos dicat:*
Pax huic dómui. ℟. Et ómnibus habitántibus in ea.
*Deinde ſtans ante ægrotum dicat:*

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

INtróeat, Dómine Jeſu Chriſte, domum hanc ſub noſtræ humilitátis ingréſſu, ætérna felícitas, divína proſpéritas, ſeréna lætítia, chäritas fructuóſa, ſánitas ſempitérna; effúgiat ex hoc loco accéſſus dæmonum: adſint Angeli pacis: domum hanc déſerat effugáta diſcórdia: magnífica Dómine ſuper nos nomen ſanctum tuum, & béne✠dic noſtræ converſatióni, ſancti✠fica noſtræ humilitátis ingréſſum, qui ſanctus & pius es, & pérmanens cum Deo Patre, & Spíritu ſancto in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

ORémus, & deprecémur Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum: ut benedicéndo bene✠dícat hoc tabernáculum, & omnes habitántes in eo: & det eis Angelum bonum cuſtódem: fáciat eos ſibi ſervíre ad conſiderándum mirabília de lege ſua: avértat ab eis omnes contrárias poteſtátes: erípiat eos ab omni formídine, & ab omni perturbatióne: ac ſanos in hoc tabernáculo cuſtodíre dignétur. Qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



EXáudi nos, Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: & míttere dignéris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtódiat, fóveat, prótegat, víſitet, & defendat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

*Deinde accedens ad infirmum, aſpergat eum aqua benedicta in modum Crucis, poſteà domum, dicens:* Aſpérges me Dómine. ℣. Miſerére. Et ſecúndùm multitúdinem. Glória Patri., *&* Sicut erat. *& repetitur Antiphona* Aſpérges. *Deinde dicat:* ℣. Dóminus vobíſcum.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens ſempitérne Deus, qui per beátum Jacóbum Apóſtolum tuum, indúcere Preſbyteros Eccléſiæ, & úngere infirmos, præcepíſti: præſta, quæſumus, ut dignéris per manus noſtras hunc fámulum tuum infirmum de óleo iſto ſanctificáto úngere, & bene✠dícere: & quod extériùs fidéliter poſtulántes ampléctimur, hoc intériùs ſpirituáliter divína tua virtus inviſibíliter operétur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Deinde infirmus roget Priorem, & alios Fratres, ut ei dimittant, & dicat* Confiteor: *& abſolvatur, ut in communione infirmorum dictum eſt. Facta abſolutione Sacerdos offerat infirmo Crucem ad oſculandum dicens cum ipſo:* Adorámus te Dómine Jeſu Chriſte, & benedícimus tibi, quia per ſan-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



ſanctam Crucem tuam redemíſti mundum. Tuam Crucem adorámus Dómine: tuam glorióſam recólimus paſſiónem: miſerére nobis Dómine, qui paſſus es cleménter pro nobis. Amen.

*Poſteà cum Oleo ſancto, dicat abſolutè:* In nómine Pa✠tris, & Fí✠lii, & Spíritus ✠ ſancti, extinguátur in te omnis virtus diáboli per impoſitiónem mánuum noſtrárum: imò per invocatiónem ómnium Angelórum, Archangelórum, Prophetárum, Apoſtolórum, Mártyrum, Confeſſórum, Vírginum, atque ómnium ſimul Sanctórum. ℟. Amen.

*Quo dicto faciat ſignum Crucis de Oleo ſancto in ſeptem locis, ad unamquamque crucem, propriam Orationem dicendo.*

*Ad utrumque oculum clauſum.*

PEr iſtam ſanctam un✠ctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, parcat tibi Dóminus, quidquid deliquíſti per viſum. ℟. Amen.

*Sacriſta detergat uncturam, & in qualibet deterſione mutentur ſtuppæ, vel panni: & ponat eos in vaſe mundo, quos poſtea comburet, & cineres in piſcinam projiciet.*

*Ad utramque aurem.*

PEr iſtam ſanctam un✠ctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, parcat tibi Dóminus, quidquid deliquíſti per audítum. ℟. Amen.

Ad

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Ad nares faciendo unam crucem tantùm.*

PEr iſtam ſanctam un✠ctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, parcat tibi Dóminus, quidquid deliquíſti per odórem. ℟. Amen.

*Ad os clauſum exteriùs.*

PEr iſtam ſanctam un✠ctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam parcat tibi Dóminus, quidquid deliquíſti per guſtum & locutiónem. ℟. Amen.

*Ad utramque manum; exteriùs, ſi fuerit Sacerdos, ſin autem, interiùs.*

PEr iſtam ſanctam un✠ctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, parcat tibi Dóminus, quidquid deliquíſti per tactum ℟. Amen.

*Ad utrumque pedem deſuper.*

PEr iſtam ſanctam un✠ctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, parcat tibi Dóminus, quidquid deliquíſti per greſſum. ℟. Amen.

*Ad Lumbos.*

PEr iſtam ſanctam un✠ctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, parcat tibi Dóminus, quidquid lumbórum, ſeu carnis delectatióne deliquíſti. ℟. Amen.

*Peracta unctione, Sacerdos abluat digitos, & tergat cum manutergio: & ablutio projiciatur in piſcinam, & Fratres alternatim dicant:*

*Pſalmus* 102.

BEnedic ánima mea Dómino: * & ómnia, quæ intra me ſunt, nómini ſancto ejus.

Bé-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Bénedic ánima mea Dómino : * & noli oblivíſci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis : * qui ſanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam : * qui coróinat te in miſericórdia , & miſeratiónibus.

Qui replet in bonis deſidérium tuum : * renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.

Fáciens miſericórdias Dóminus : * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias ſuas Móyſi : * filiis Iſrael voluntátes ſuas.

Miſerátor , & miſéricors Dóminus :* longánimis, & multum miſéricors.

Non in perpétuum iraſcétur: * neque in ætérnum comminábitur.

Non ſecúndùm peccáta noſtra fecit nobis : * neque ſecúndùm iniquitátes noſtras retríbuit nobis.

Quóniam ſecúndùm altitúdinem cœli à terra : * corroborávit miſericórdiam ſuam ſuper timéntes ſe.

Quantum diſtat Ortus ab Occidénte: * longe fecit à nobis iniquitátes noſtras.

Quomodo miſerétur pater filiórum , miſértus eſt Dóminus timéntibus ſe : * quóniam ipſe cognóvit figméntum noſtrum.

Recordátus eſt quóniam pulvis ſumus : * homo ſicut fœnum dies ejus , tanquam flos agri ſic efflorébit.

Quó-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Quóniam ſpíritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: * & non cognóſcet ámpliùs locum ſuum.

Miſericórdia autem Dómini ab ætérno: * & uſque in ætérnum ſuper timéntes eum.

Et juſtítia illíus in filios filiórum: * his qui ſervant teſtaméntum ejus.

Et mémores ſunt mandatórum ipſius: * ad faciéndum ea.

Dóminus in cœlo parávit ſedem ſuam: * & regnum ipſius ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes Angeli ejus: * poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem ſermónum ejus.

Benedícite Dómino omnes virtútes ejus: * miníſtri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino ómnia ópera ejus: * in omni loco dominatiónis ejus bénedic ánima mea Dómino.

Glória Patri &c.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam.

℟. Et ſalutáre tuum da nobis.

℣. Salvum fac ſervum tuum.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.

℟. Et de Sion tuére eum.

℣. Ni-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. Nihil proficiat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A' fácie inimíci.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oratio.*

ORémus, & deprecémur Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, fratres chariſſimi, & cum omni ſupplicatióne rogémus: ut hunc fámulum ſuum per Angelum ſanctum viſitáre, & confortáre dignétur. Qui vivit & regnat cum Deo Patre in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

*Oremus.*

PRopitiétur Dóminus cunctis iniquitátibus hujus infirmi, redímatque de intéritu perpétuæ mortis vitam ejus, & corróboret, & ſátiet in bonis ómnibus deſidérium ejus. Qui vivit & regnat in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

*Oremus.*

DA véniam, Dómine, fámulo tuo, & clementer líbera eum ab ægritúdine córporis laborántem: & qui tua juſtítia córrigis dévium, ſcéleri, defénde miſeratióne corréctum. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Oratio.*

BEne ✠ dícat te Deus Pater. ℟. Amen.
Bene ✠ dícat, & ſanet te Deus filius. ℟. Amen.
Bene ✠ dícat, & illúminet te Deus Spíritus ſanctus. ℟. Amen.
Animam tuam ſalvet. ℟. Amen.
Cor tuum irrádiet. ℟. Amen.
Senſum tuum dírigat, & ad vitam ætérnam te perdúcat: Qui in Trinitáte perfécta vivit, & regnat in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

BEne ✠ dícat te Deus cœli. ℟. Amen.
Adjuvet te Chriſtus Fílius Dei vivi. ℟. Amen.
Corpus tuum in ſuo ſancto ſervítio cuſtodíri, & conſervári fáciat. ℟. Amen.
Mentem tuam illúminet. ℟. Amen.
Senſum tuum dírigat. ℟. Amen.
Grátiam ſuam ad profectum ánimæ tuæ in te áugeat. ℟. Amen.
Ab omni malo te líberet. ℟. Amen.
Déxtera ſua te defendat. ℟. Amen.
Qui Sanctos ſuos ſemper juvat, ipſe te adjuváre, & conſerváre dignétur: Qui eſt benedíctus in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

BEne ✠ dícat te Deus Pater, qui in princípio ex níhilo cuncta creávit. ℟. Amen.
Bene ✠ dícat te Deus Fílius, qui de ſupérnis ſédibus Salvátor deſcéndit. ℟. Amen.

Bene-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Bene ✠ dícat te Deus Spíritus ſanctus, qui in ſimilitúdinem colúmbæ in flúmine Jordánis in Chriſto requiévit. ℟. Amen.

Et ipſe te in Trinitáte ſanctíficet, quem omnes Gentes ventúrum ad judícium expéctant. Qui vivit & regnat in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

*Oratio.*

Dominus noſter Jeſus Chriſtus apud te ſit, ut te deféndat. ℟. Amen.

Intra te ſit, ut te refíciat. ℟. Amen.

Circa te ſit, ut te conſérvet. ℟. Amen.

Ante te ſit, ut te dedúcat. ℟. Amen.

Poſt te ſit, ut te cuſtódiat. ℟. Amen.

Super te ſit, ut te benedícat. Qui in Trinitáte perfécta vivit, & regnat in ſæcula ſæculórũ. ℟. Amen.

*Poſtea aſpergat infirmum in modum Crucis, dicendo:* Benedíctio Dei omnipoténtis Pa ✠ tris, & Fí ✠ lii, & Spíritus ✠ ſancti deſcéndat ſuper te, & máneat ſemper. ℟. Amen.

*Quo dicto relinquatur ibi crux: quæ ita collocetur, ut infirmus poſſit aptè crucifixum aſpicere, & revertantur ad Eccleſiam ordine, quo venerant, dicendo ſeptem Pſalmos pœnitentiales, vel ſaltem Pſalm.* Miſerére mei Deus.

*Quo dicto, genuflexis ante altare omnibus, Sacerdos dicit Litanias breves, ut infra habentur in commendatione animæ, cæteris reſpondentibus: & in fine dicitur:* Pater noſter.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Ora pro eo ſancta Dei Génitrix.
℟. Ut dignus efficiátur promiſſiónibus Chriſti.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

CONcéde fámulum tuum, quæſumus Dómine, perpétua mentis & córporis ſanitáte gaudére: & glorióſa Beátæ Maríæ ſemper Vírginis interceſſióne à præſénti liberári triſtítia, &. ætérna pérfrui lætítia.

*Oratio.*

REſpice, quæſumus Dómine, fámulum tuum N. fratrem noſtrum in infirmitáte ſui córporis fatiſcéntem: & ánimam réfove, quam creáſti: ut caſtigatiónibus emendátus, ſe ſéntiat tua medicína ſalvátum.

*Oratio.*

DOmine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui benedictiónis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam multíplici pietáte cuſtódis, ad invocatiónem tui nóminis benígnus aſſiſte: ut fámulum tuum N. ab omni ægritúdine liberátum, & ſanitáti donátum, déxtera tua érigas, virtúte confírmes, poteſtáte tueáris, atque Eccléſiæ tuæ, ſanctíſque altáribus tuis cum omni deſideráta proſperitáte reſtítuas. Per Dóminum noſtrum.

*Si*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Si infirmus laboret in extremis, relictis aliis Orat., ſtatim ad unctionem perveniatur, dicendo:*

PEr iſtam ſanctam un ✠ ctiónem, & ſuam piiſſimam miſericórdiam, parcat tibi Dóminus, quidquid per viſum, audítum, odórem, guſtum, & locutiónem, tactum, greſſum, lumbórum, ſeu carnis delectatiónem deliquíſti. ℟. Amen.

*Et poſt ultimam unctionem poterunt ſuppleri omiſſa in principio, relictis tamen Orat.* Omnípotens ſempitérne Deus, qui per beátum &c. In nómine Patris, & Fílii, & Spíritus ſancti extinguátur &c.

*Si inter Unctiones mori contigerit infirmum, ſtatim intermiſſis omnibus, incipiatur,* Subveníte., *ut infra in Commendatione animæ.*

# FORMA ABSOLUTIONIS

*Plenariæ à pœna, & à culpa dandæ in articulo mortis Fratribus Sacri habitus B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo.*

*Dicto* Confiteor. *ab infirmo, ſi poteſt, vel ab aliis:* Miſereátur., *&* Indulgéntiam, *à Confeſſario, ab ipſo Confeſſore poſtea ſubjungatur:*

Dó-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



DOminus noſter Jeſus Chriſtus Dei Fílius, qui ómnia mirabília torménta pro peccatóribus ſúbiit, ut eos ad vitam revocáret, qui ſalvat omnes, & néminem vult períre: nec mortem peccatórum, ſed vitam ſemper inquírit: ipſe nunc ſua piíſſima miſericórdia te reſpíciat, avértat omnem iram, & indignatiónem, atque per indulgentíſſima miſericórdiæ ſuæ víſcera tibi remíttat univérſa delícta, iniquitátes tuas, & quaſcúmque pœnas ex rigóre juſtítiæ ſuæ débitas. Ego autem ipſius Dómini noſtri Jeſu Chriſti indígnus fámulus & miníſter, ex auctoritáte ſanctórum Apoſtolórum Petri, & Pauli, ac ſanctæ Románæ Eccléſiæ, & ex privilégiis per Summos Pontífices concéſſis frátribus, & confrátribus Sanctíſſimæ Matris Maríæ de Monte Carmélo, in quantum poſſum & débeo, decláro te cónſequi indulgéntiam plenáriam, & remiſſiónem ómnium peccatórum tuórum, ſi tamen hac vice è vita migráveris, áliàs eámdem tibi reſérvo indulgéntiam pro último artículo mortis tuæ in nómine Patris, & Fílii, & Spíritus ſancti. Amen.

*Item invocatis priùs auguſtiſſimis nominibus Jeſu, & Mariæ, ore, aut corde, & ſuffragantibus meritis, ac interceſſionibus eorum, nec non omnium Sanctorum, atque Sanctarum Dei:* Ego eádem auctoritáte tibi diſpénſo ſuper omni negligéntia, ſi quam contraxíſti, iſtum ſacrum Hábitum deferéndo, & de-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



& decláro, ac ſignífico te creatúram Dei fore abſolútam hic, & ante tribúnal Dómini noſtri Jeſu Chriſti ab ómnibus pœnis tibi in purgatório débitis propter peccáta, quæ contra bonitátem Dei vivi & veri commiſiſti, teque maniféſto reſtitútam illi innocéntiæ, qua in baptíſmo per ſacrum Salvatóris lavrácum indúta fuíſti; In nómine Patris, & Fílii, & Spíritus ſancti. ℟. Amen.

*Oremus.*

DOminus noſter Jeſus Chriſtus Pater miſericordiárum, & conſolátor peccatórum, qui dixit: Nolo mortem peccatóris, ſed magis, ut convertátur & vivat; nec venit vocáre juſtos, ſed peccatóres ad pœniténtiam: ipſe ſua ineffábili miſericórdia, & ſólita pietáte, ad veram cordis contritiónem te vocet, & grátiam devótæ pœniténtiæ inſpíret; ut dignè remiſſiónem negligentiárum tuárum, acquírere, & indulgéntias hujus ſancti Carmelítici hábitus obtinére, atque cum eléctis ejus ad ætérna gáudia váleas felíciter perveníre, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit &c.

*Oremus.*

ADéſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, & iſtam Creatúram ad tuam ſanctíſſimam imáginem creátam, tuo próprio ſánguine redémptam, tua providéntia ineffábili conſervátam, gu-

ber-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



bernátam, cuſtodítam, & ſalvátam, quam nos in tuo ſancto nómine ad participatiónem ómnium bonórum ſpirituálium, & fraternitátem recépimus, bene ✠ dícere dignéris, & præſta, ut te largiénte, devótè te díligat, te quærat, te invéniat, ad te tendat, & ſuffrágiis hujus ſancti órdinis Beátæ Vírginis Maríæ adjúta, vitam percídere mereátur ætérnam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

María Mater grátiæ, Mater Miſericórdiæ, tu hanc ab hoſte prótege, & hora mortis ſúſcipe.

℣. Ora pro ea ſancta Dei Génitrix.

℟. Ut digna efficiátur promiſſiónibus Chriſti.

*Oremus.*

DEfénde, quæſumus Dómine, Beáta María ſemper Vírgine intercedénte, iſtam ab omni adverſitáte creatúram tuam, & toto corde tibi proſtrátam, ab hóſtium propítius tuére cleménter inſidiis. Per Chriſtum &c.

In omni tribulatióne, & angúſtia ſuccúrrat tibi pia Virgo María, Amen.

Pax, & Benedíctio Dei omnipoténtis, Pa ✠ tris, & Fí ✠ lii, & Spíritus ✠ Sancti deſcéndat ſuper te, & máneat ſemper. Amen.

DE

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# DE OBITU FRATRIS.

*Um Frater morti proximus erit, percutiatur tabula crebris ictibus in clauſtro, & in aliis locis, ubi Fratres conveniunt: & omnes occurrant morienti dicentes:* Credo in Deum &c. *voce audibili, toties repetendo, donec ad infirmariam pervenerint. Si Fratres fuerint in principio, vel medio comeſtionis, audito ſigno, citò exeant omnes, ſinguli dicentes* Credo. *ut ſupra: ſi autem fuerint circa finem comeſtionis, innuente Priore, dicatur:* Tu autem., *& dicto breviter, & ſine nota* Confiteántur tibi. *vel* Memóriam fecit. *Hebdomadarius ſubjungat:* Agimus tibi grátias. *vel* Benedíctus Deus.

*Quo dicto, ſine mora exeant, dicendo* Credo., *remaneat tamen aliquis Frater ad cuſtodiam Refectorii. Si vero fuerint ad Miſſam, vel Officium, Prior, & aliqui, quibus ipſe innuerit, exeant dicentes:* Credo. *reliqui abſolvant Miſſam, vel Officium: quo terminato, & ipſi adeant infirmum, dicentes* Credo. *Dum igitur Fratres occurrentes advenerint ad morientem, Prior, vel alius cum ſtola dicat Litanias ſequentes, ceteris reſpondentibus, & omnes ſint genuflexi.*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Kyrie eléiſon, ℟. Kyrie eléiſon.
Chriſte eléiſon, ℟. Chriſte.
Kyrie eléiſon, ℟. Kyrie.
Chriſte audi nos, ℟. Chriſte audi nos.
Chriſte exáudi nos; ℟. Chriſte.
Pater de cœlis Deus, ℟. Miſerére ei.
Fili Redémptor mundi Deus, ℟. Miſerére ei.
Spíritus Sancte Deus, ℟. Miſerére ei.
Sancta Trínitas unus Deus, ℟. Miſerére ei.
Sancta María, Ora pro eo.
Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Sancte Míchael, ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archángeli, oráte.
Omnes ſancti beatórum Spirituum órdines, oráte.
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus juſtórum, ora.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joánnes Baptíſta, ora.
Sancte Joſeph, ora.
Sancte Pater Elía, ora.
Sancte Eliſée, ora.
Omnes ſancti Patriárchæ & Prophétæ, ortte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli, & Euangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini, oráte pro eo.

Omnes

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Omnes ſancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Angele, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéſter, ora.
Sancte Cyrílle, ora.
Omnes ſancti Pontífices, & Confeſſóres, oráte.
Omnes ſancti Doctóres, oráte.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Albérte, ora.
Omnes ſancti Sacerdótes, & Levítæ, oráte pro eo.
Omnes ſancti Mónachi, & Eremítæ, oráte pro eo.
Sancta Anna, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Omnes ſanctæ Vírgines, & Víduæ, oráte pro eo.
Omnes ſancti, & Sanctæ Dei, Intercédite pro eo.
Propítius eſto, Parce ei Dómine.
Propítius eſto, Líbera eum Dómine.
Ab ira tua, Líbera eum Dómine.
A mala morte, Líbera eum Dómine.
A morte perpétua, Líbera.
A morte dira, Líbera.
A perículo mortis, Líbera.
A pœnis inférni, Líbera.
A poteſtáte diáboli, Líbera.
Ab inſidiis diáboli, Líbera.
De gládio malígno, Líbera.
A ſpíritu malígno, Líbera.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



A læſióne péſſima, Líbera.
Ab ira tua, Líbera.
Ab omni malo, Líbera.
Per nativitátem tuam, Líbera.
Per ſanctam Crucem tuam, Líbera.
Per mortem, & ſepultúram tuam, Líbera eum Dñe.
Per glorióſam Reſurrectióne tuã, Líbera eum Dñe.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, Líbera eum Dómine.
Per grátiam Spíritus Sancti Parácliti, Líbera.
In die judícii, Líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut ei parcas, Te rogámus.
Ut ei indúlgeas, Te rogámus.
Ut ad veram pœniténtiam eum perdúcere dignéris, Te rogámus.
Ut ſpíritum ejus à loco angúſtiæ liberáre dignéris, Te rogámus.
Ut ánimam ejus ab ætérna damnatióne erípias, Te rogámus.
Ut ánimam ejus ad portum ſalútis perdúcere dignéris, Te rogámus.
Ut nos exaudíre dignéris, Te rogámus, audi nos.
Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.
Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Salvum fac ſervum tuum.

Deus

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens ſempitérne Deus, conſervátor animárum, qui quos díligis, córripis; & quos récipis, ad emendatiónem piam coérces: te Dómine deprecámur, ut medélam tuam conférre dignéris in ánimam fámuli tui, qui in córpore pátitur membrórum debilitátem, vim labóris, ſtímulos infirmitátum, da ei grátiam, & miſericórdiam tuam: ut in hora éxitus illíus de córpore, abſque peccáti mácula, Creatóri próprio per manus ſanctórum Angelórum ejus ánima repræſentári mereátur Per Chriſtũ.

*Deinde abſolutè dicitur*

*Oratio.*

PRoficíſcere ánima Chriſtiána de hoc mundo; in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit. In nómine Jeſu Chriſti Fílii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt. In nómine Spíritus ſancti, qui in te effúſus eſt. In nómine Angelórum, & Archangelórum. In nómine Thronórum, & Dominatiónum.

In

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



In nómine Principátuum, & Poteſtátum. In nómine Chérubim, & Séraphim. In nómine Patriarchárum, & Prophetárum. In nómine ſanctórum Apoſtolórum, & Euangeliſtárum. In nómine ſanctórum Mártyrum, & Confeſſórum. In nómine ſanctórum Monachórum, & Eremitárum. In nómine ſanctárum Vírginum, & ómnium Sanctórum, & Sanctárum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus, & habitátio tua ſit in ſancta Sion. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus. *Oratio.*

Deus miſéricors, Deus clemens, Deus, qui ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, & præteritórum críminum culpas vénia remiſſiónis evácuas: réſpice propítius ſuper hunc fámulum tuum N., & remiſſiónem ſibi ómnium peccatórum ſuórum tota cordis confeſſióne poſcéntem deprecátus exáudi. Rénova in eo, piíſſime Pater, quidquid terréna fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólica fraude violátum eſt: & unitáti córporis Eccléſiæ membrum redemptiónis annécte. Miſerére, Dómine, gemítuum ejus: & miſerére lacrymárum ejus: & non habéntem fidúciam niſi in tua miſericórdia, ad tuæ ſacraméntum reconciliatiónis admítte. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Oré-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Orémus. *Oratio.*

COmméndo te omnipoténti Deo, frater chariſſime: & ei, cujus es creatúra, commítto: ut cum humanitátis débitum morte interveniénte perſólveris, ad Auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti ítaque ánimæ tuæ de córpore, ſpléndidus Angelórum cœtus occúrrat: judex Apoſtolórum tibi ſenátus advéniat: candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet: liliáta rutilántium te Confeſſórum turma circúmdet: jubilántium te Vírginum chorus excípiat: & beátæ quiétis in ſinum Patriarchárum te compléxus aſtríngat: mitis, atque feſtívus Chriſti Jeſu tibi aſpéctus appáreat, qui te inter aſſiſténtes ſibi júgiter interéſſe decérnat. Ignóres omne, quod horret in ténebris: quod ſtridet in flammis: quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus Sátanas cum ſatellítibus ſuis: in advéntu tuo te comitántibus Angelis contremíſcat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, & diſſipéntur inimíci ejus: & fúgiant qui odérunt eum, à fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei. Et juſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei. Confundántur ígitur, & erubéſcant omnes tartáreæ legiónes: & miníſtri ſátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Líberet

te

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



te à morte Chriſtus, qui pro te mori dignátus eſt. Conſtítuat te Chriſtus Fílius Dei vivi intra paradíſi ſemper amœna viréntia: & inter oves ſuas te verus ille paſtor agnóſcat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te abſólvat, atque ad déxteram ſuam in electórum ſuórum te ſorte conſtítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas: & præſens ſemper aſſiſtens, maniſeſtíſſimam beátis óculis aſpícias veritátem. Conſtitútus ígitur inter ágmina Beatórum, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in ſæcula ſæculórum.

℟. Amen.

Orémus. *Oratio.*

SUſcipe Dómine ſervum tuum in locum ſperándæ ſibi ſalvatiónis à miſericórdia tua. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui ex ómnibus perículis inférni, & de láqueis pœnárum, & ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Henoch, & Elíam de commúni morte mundi. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Noe de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Abraham de Ur Chaldeórum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Job de paſſiónibus ſuis. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Iſaac de hóſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.

Lí-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Lot de Sódomis, & de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Móyſen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti tres púeros de camíno ignis ardéntis, & de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Suſánnam de falſo crímine. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti David de manu regis Saul, & de manu Golíæ. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſervi tui, ſicut liberáſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et ſicut beatíſſimam Theclam vírginem & mártyrem tuam de tribus torméntis atrocíſſimis liberáſti, ſic liberáre dignéris ánimam hujus ſervi tui, & tecum fácias in bonis congaudére cœléſtibus. ℟. Amen.

Orémus. *Oratio.*

COmmendámus tibi, Dómine, ánimam fámuli tui N. precamúrque te Jeſu Chriſte Salvátor mundi; ut propter quam ad terram miſericórditer deſcendíſti, Patriarchárum tuórum ſinibus inſinuáre non rénuas. Agnóſce, Dómine, creatúram tuam,

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



non ex diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero; quia non eſt álius Deus præter te, & non eſt ſecúndùm ópera tua. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conſpéctu tuo: & ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum, & ebrietátum, quas ſuſcitávit furor, ſive fervor mali deſidérii. Licèt enim peccáverit, tamen Patrem, & Fílium, & Spíritum ſanctum non negávit, ſed crédidit: & zelum Dei in ſe hábuit: & Deum, qui fecit ómnia, adorávit.

℟. Amen.

Orémus. *Oratio.*

DElícta juventútis & ignorántias ejus, quæſumus, ne memíneris Dómine: ſed ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam memor eſto illíus in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cœli: collæténtur illi Angeli. In regnum tuum ſervum tuum ſúſcipe. Suſcípiat eum ſanctus Míchael Archángelus Dei, qui milítiæ cœléſtis méruit principátum. Véniant illi óbviam ſancti Angeli Dei, & perdúcant eum in civitátem cœléſtem Jerúſalem. Suſcípiat eum beátus Petrus Apóſtolus, cui à Deo claves regni cœléſtis tráditæ ſunt. Adjuvet eum ſanctus Paulus Apóſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electiónis. Intercédat pro eo ſanctus Joánnes eléctus Dei Apóſtolus, cui reveláta ſunt ſecréta cœléſtia. Orent pro eo omnes ſancti Apóſtoli, quibus à Dómino data eſt potéſtas ligándi, atque ſolvéndi. Intercédant pro eo omnes Sancti Dei, qui pro Chriſti nómine in hoc

ſæcu-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



ſæculo torménta ſuſtinuérunt : ut vínculis carnis exútus pervenire mereátur ad glóriam regni cœléſtis: præſtánte Dómino noſtro Jeſu Chriſto. Qui cum Patre, & Spíritu ſancto, vivit & regnat in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

*His dictis, ſi adhuc ſupervixerit, dicantur ſeptem Pſal. pœnitentiales, quindecim Graduales ſine* Glória Patri.

*His expletis, ſi nondum obierit, diſcedant Fratres: Prior tamen provideat de aliquibus Fratribus, qui Pſalt. legant ſine* Glória Patri.

*Qui cum certo ſigno viderint Fratrem in proximo moriturum, iterùm percuſſa tabula advocent Fratres: & cùm Frater obierit, terminentur Pſalmi per* Réquiem ætérnam. *Egreſſa verò anima, Sacerdos cum ſtola incipiat Reſp.* Subveníte. *& Conventus proſequatur Reſp.* Subveníte Sancti Dei, occúrrite Angeli Dómini: * Suſcipiéntes ánimam ejus, offeréntes eam in conſpéctu Altíſſimi. ℣. Suſcípiat eam Chriſtus, qui vocávit eam: & in ſinum Abrahæ, Angeli dedúcant eam. Suſcipiéntes. Réquiem ætérnam. Suſcipiéntes.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

TIbi Dómine commendámus ánimam fámuli tui N. ut defúnctus ſæculo tibi vivat: & quæ per fragilitátem mundánæ converſatiónis peccáta commíſit, tu vénia miſericordíſſimæ pietátis abſtérge. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

*His dictis, abluatur corpus, & Prior provideat, quomodo & à quibus abluendum ſit. Abluto corpore, induatur, ſeu involvatur, & in feretro collocetur. Eſt autem ſepeliendus Frater cum tunica griſei vel nigri coloris, Scapulari, Caputio & Cappa alba, manibus in modum crucis diſpoſitis, Cinguloque præcinctus, ut decenter aptatus appareat. Interim dum abluitur corpus, & involvitur, Fratres ſtent juxta Sacerdotem: Sacerdos verò in voce mediocri dicat ſequentes Orationes, Fratribus eaſdem ſubmiſſè dicentibus.*

Orémus. *Oratio.*

DEus pietátis & bonitátis invíctæ, & ſempitérnæ cleméntiæ, te ſupplíciter poſtulámus: ut ánimam fámuli tui, quam de hujus ſæculi ærumnóſa

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



nóſa peregrinatióne præcepíſti vocári, univérſa delictórum remiſſióne concéſſa, in ſinu Abrahæ júbeas collocári. Obſecrámus te ergo piíſſime Pater, ut quem Unigéniti tui cruor redémit effúſus, non ſinas vérmibus perpétuis vorári; ſed Angélici ágminis deductióne protéctus, paradíſi tui potiátur ſuavitáte ſecúrus: & inter victrícium Mártyrum triumpháles catérvas coronátus incédat: à dextris Fílii tui retributiónem receptúrus aſſiſtat: & Sanctórum tuórum felíci consórtio deputátus, regnum cœléſte poſſideat. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

Orémus. *Oratio.*

DIri vúlneris novitáte percúſſi, & quodámmodo córdibus ſauciáti, miſericórdiam tuam, mundi Redémptor, flebílibus vócibus implorámus; ut ánimam fámuli tui ad tuam cleméntiam, qui fons es pietátis, reverténtem, blandè lenitérque ſuſcípias: & ſi quas illa ex carnáli contagióne contráxit máculas, tu Deus inólita bonitáte cleménter déleas, piè indúlgeas, oblivióni perpétuum tradas, atque hanc laudes tibi cum céteris redditúram, & ad corpus quandóque reverſúram, Sanctórum tuórum cœtibus aggregári præcípias. Per eúmdem Dóminum noſtrum.

Orémus. *Oratio.*

MIſericórdiam tuam Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, pietátis affectu rogáre pro áliis cógimur, qui pro noſtris ſupplicáre

pec-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



peccátis nequáquam ſufficimus : tamen de tua conſiſi gratúita , & inólita benignitáte , cleméntiam tuam depóſcimus ; ut ánimam fámuli tui ad te reverténtem , cum pietáte ſuſcípias : adſit ei Angelus teſtaménti tui Míchael , & per manus ſanctórum Angelórum tuórum inter eléctos tuos in ſinibus Abrahæ , Iſaac , & Jacob Patriarchárum tuórum eam collocáre dignéris : quátenùs liberáta de princípibus tenebrárum , & de locis pœnárum , nullis jam primævæ nativitátis , aut própriæ iniquitátis , ſeu fragilitátis confundátur erróribus : ſed pótiùs agnoſcátur à tuis , & ſanctæ beatitúdinis réquie perfruátur : atque cùm magni judícii dies advénerit , inter Sanctos , & eléctos tuos reſuſcitáta , glória maniféſtæ contemplatiónis tuæ perpétuò ſatiétur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens ſempitérne Deus , qui humáno córpore ánimam ad imáginem tuam inſpiráre dignátus es , dum te jubénte pulvis in púlverem revértitur : quæſumus , ut ánimam fámuli tui cum Sanctis & eléctis tuis ætérnis ſédibus júbeas ſociári , eámque ad te reverténtem ex Ægypti pártibus , blandè , lenitérque ſuſcípias , & Angelos ſanctos tuos ei óbviàm mittas , viámque illi juſtítiæ demónſtres. Repélle , quæſumus , ab ea omnes príncipes tenebrárum : & agnóſce depóſitum , quod

tuum

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



tuum eſt. Súſcipe Dómine creatúram tuam, non ex diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero: quia non eſt álius Deus præter te, Dómine: & non eſt ſecúndùm ópera tua. Lætífica, clementíſſime Deus, ánimam fámuli tui: & clarífica eam multitúdine miſericórdiæ tuæ: nec memíneris iniquitátum ejus antiquárum, & ebrietátum, quas ſuſcitávit furor mali deſidérii. Licèt enim peccáverit, te tamen non negávit: ſed ſigno fidei inſignítus, te, qui ómnia, & eum inter ómnia feciſti, fidéliter adorávit. Qui vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Orémus. *Oratio.*

SUſcipe Dómine ánimam fámuli tui defúncti, quam de ergáſtulo hujus ſæculi vocáre dignátus es: & líbera eam de princípibus tenebrárum, & de locis pœnárum: ut abſolúta ab omni vínculo peccatórum, quiétis, ac lucis ætérnæ beatitúdine perfruátur, & inter Sanctos & eléctos tuos in reſurrectiónis glória reſuſcitári mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Orémus. *Oratio.*

PArtem beátæ reſurrectiónis obtíneat, vitámque ætérnam habére mereátur in cœlis. Per te Jeſu Chriſte Salvátor mundi: Qui cum Patre, & Spíritu ſancto vivis & regnas Deus, per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

*Fini-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Finitis Orationibus, Sacerdos incipiat Antiphonam* Suſcípiat te Chriſtus. *& Conventus alternatim dicat Pſalm. ſequent.*

*Pſalmus* 113.

IN éxitu Iſrael de Ægypto: * domus Jacob de pópulo bárbaro.

Facta eſt Judæa ſanctificátio ejus: * Iſrael poteſtas ejus.

Mare vidit & fugit: * Jordánis convérſus eſt retrórſum.

Montes exultavérunt ut aríetes: * & colles ſicut agni óvium,

Quid eſt tibi mare quòd fugíſti: * & tu Jordánis, quia convérſus eſt retrórſum.

Montes exultáſtis ſicut aríetes: * & colles ſicut agni óvium.

A' fácie Dómini mota eſt terra: * à fácie Dei Jacob.

Qui convértit petram in ſtagna aquárum: * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis: * ſed nómini tuo da glóriam.

Super miſericórdia tua, & veritáte tua: * nequandò dicant Gentes: Ubi eſt Deus eórum?

Deus autem noſter in cœlo: * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra Géntium argéntum & aurum: * ópera manuum hóminum.

Os

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Os habent, & non loquéntur: * óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient: * nares habent, & non odorábunt.

Manus habent, & non palpábunt: pedes habent, & non ambulábunt: * non clamábunt in gútture ſuo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confidunt in eis.

Domus Iſrael ſperávit in Dómino: * adjútor eórum, & protéctor eórum eſt.

Domus Aaron ſperávit in Dómino: * adjútor eórum, & protéctor eórum eſt.

Qui timent Dóminum, ſperavérunt in Dómino: * adjútor eórum, & protéctor eórum eſt.

Dóminus memor fuit noſtri, * & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Iſrael: * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui timent Dóminum, * puſillis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus ſuper vos: * ſuper vos, & ſuper filios veſtros.

Benedícti vos à Dómino: * qui fecit cœlum, & terram.

Cœlum cœli Dómino: * terram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine, * neque omnes qui deſcéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc, & uſque in ſæculum. Réquiem.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Poſt Pſalmum dicatur Antiphona ab omnibus* Suſcípiat te Chriſtus, qui vocávit te: & in ſinum Abrahæ Angeli dedúcant te.

*Poſteà, ſi corpus non fuerit adhuc ablutum, & pannis involutum, Sacerdos incipiat Antiphonam* Chorus Angelórum. *& Conventus alternatim dicat infraſcriptos Pſalm.*

## *Pſalmus* 114.

DIléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem ſuam mihi: * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis: & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem, & dolórem invéni: * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam: * miſéricors Dóminus, & juſtus, & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus: * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam: * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte: * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Réquiem ætérnam.

*Pſal-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Pſalmus* 115.

CRédidi, propter quod locútus ſum : * ego autem humiliátus ſum nimis.

Ego dixi in excéſſu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino : * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem ſalutáris accípiam : * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretióſa in conſpéctu Dómini mors ſanctórum ejus.

O Dómine, quia ego ſervus tuus : * ego ſervus tuus, & fílius ancíllæ tuæ.

Dirupíſti víncula mea : * tibi ſacrificábo hóſtiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conſpéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúſalem.

Réquiem ætérnam.

*Pſalmus* 116.

LAudáte Dóminum omnes Gentes : * laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Réquiem ætérnam.

*Pſalmus* 117.

COnfitémini Dómino, quóniam bonus : * quóniam in ſæculum miſericórdia ejus.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Dicat nunc Iſrael, quóniam bonus: *quóniam in ſæculum miſericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: * quóniam in ſæculum miſericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum: * quóniam in ſæculum miſericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum: * & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor: * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: * & ego deſpíciam inimícos meos.

Bonum eſt confidere in Dómino, * quàm confidere in hómine.

Bonum eſt ſperáre in Dómino, * quàm ſperáre in princípibus.

Omnes Gentes circuiérunt me: * & in nómine Dómini, quia ultus ſum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: * & in nómine Dómini, quia ultus ſum in eos.

Circumdedérunt me ſicut apes, & exarſérunt ſicut ignis in ſpinis: * & in nómine Dómini, quia ultus ſum in eos.

Impúlſus evérſus ſum, ut cáderem: * & Dóminus ſuſcépit me.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus: * & factus eſt mihi in ſalútem.

Vox exultatiónis, & ſalútis, * in tabernáculis juſtórũ.

Déx-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Déxtera Dómini fecit virtútem : déxtera Dómini exaltávit me : * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, ſed vivam : * & narrábo ópera Dómini.

Caſtígans caſtigávit me Dóminus : * & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas juſtítiæ, ingréſſus in eas confitébor Dómino : * hæc porta Dómini, juſti intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudíſti me : * & factus es mihi in ſalútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes, * hic factus eſt in caput ánguli.

A' Dómino factum eſt iſtud : * & eſt mirábile in óculis noſtris.

Hæc eſt dies, quam fecit Dóminus : * exultémus, & lætémur in ea.

O' Dómine ſalvum me fac, ò Dómine benè proſperáre : * benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedícimus vobis de domo Dómini : * Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Conſtitúite diem ſolémnem in condénſis, * uſque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi : * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudíſti me : * & factus es mihi in ſalútem.

Con-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in ſæculum miſericórdia ejus.

Réquiem ætérnam.

## *Pſalmus* 118.

Beáti immaculáti in via, * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui ſcrutántur teſtimónia ejus: * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandáſti * mandáta tua cuſtodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad cuſtodiéndas juſtificatiónes tuas.

Tunc non confúndar, * cùm perſpéxero in ómbus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis, * in eo quòd dídici judícia juſtítiæ tuæ.

Juſtificatiónes tuas cuſtódiam: * non me derelínquas uſquequáque.

In quo córrigit adoleſcéntior viam ſuam? * in cuſtodiéndo ſermónes tuos.

In toto corde meo exquiſivi te: * ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abſcóndi elóquia tua: * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dñe: * doce me juſtificatiónes tuas.

In lábiis meis * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum, * ſicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor, * & conſiderábo vias tuas.

In juſtificatiónibus tuis meditábor: * non oblivíſcar ſermónes tuos. Réquiem ætérnam.

*Pſalmus.*

RETríbue ſervo tuo, vivífica me: * & cuſtódiam ſermónes tuos.

Revéla óculos meos: * & conſiderábo mirabília de lege tua.

Incola ego ſum in terra: * non abſcóndas à me mandáta tua.

Concupívit ánima mea deſideráre juſtificatiónes tuas, * in omni témpore.

Increpáſti ſupérbos: * maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium, & contémptum: * quia teſtimónia tua exquiſívi.

Etenim ſedérunt príncipes, & advérſum me loquebántur: * ſervus autem tuus exercebátur in juſtificatiónibus tuis.

Nam & teſtimónia tua meditátio mea eſt: * & conſilium meum juſtificatiónes tuæ.

Adhæſit paviménto ánima mea: * vivífica me ſecúndùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudíſti me: * doce me juſtificatiónes tuas.

Viam

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Viam juſtificatiónum tuárum ínſtrue me, * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio: * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me, * & de lege tua miſerére mei.

Viam veritátis elégi:* judícia tua non ſum oblítus.

Adhæſi teſtimóniis tuis Dómine: * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cùm dilatáſti cor meum.

Réquiem ætérnam.

*Pſalmus.*

LEgem pone mihi Dómine viam juſtificatiónum tuárum: * & exquíram eam ſemper.

Da mihi intelléctum, & ſcrutábor legem tuam: * & cuſtódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum: * quia ipſam vólui.

Inclína cor meum in teſtimónia tua: * & non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem: * in via tua vivífica me.

Státue ſervo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum, quod ſuſpicátus ſum: * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua: * in æquitáte tua vivífica me.

Et

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Et véniat ſuper me miſericórdia tua, Dómine: * ſalutáre tuum ſecúndùm elóquium tuum.

Et reſpondébo exprobrántibus mihi verbum: * quia ſperávi in ſermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis uſquequáque: * quia in judíciis tuis ſuperſperávi.

Et cuſtódiam legem tuam ſemper, * in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

Et ambulábam in latitúdine: * quia mandáta tua exquiſivi.

Et loquébar in teſtimóniis tuis in conſpéctu regum: * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi: * & exercébar in juſtificatiónibus tuis.

Réquiem ætérnam.

*Pſalmus.*

MEmor eſto verbi tui ſervo tuo, * in quo mihi ſpem dedíſti.

Hæc me conſoláta eſt in humilitáte mea: * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníquè agébant uſquequáque: * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à ſæculo Dómine: * & conſolátus ſum.

Deféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Cantábiles mihi erant juſtificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine: * & cuſtodívi legem tuam.

Hæc facta eſt mihi: * quia juſtificatiónes tuas exquiſivi.

Pórtio mea Dómine, * dixi, cuſtodíre legem tuam.

Deprecátus ſum fáciem tuam in toto corde meo: * miſerére mei ſecúndùm elóquium tuum.

Cogitávi vias meas: * & convérti pedes meos in teſtimónia tua.

Parátus ſum, & non ſum turbátus: * ut coſtódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi ſunt me: * & legem tuam non ſum oblítus.

Média nocte ſurgébam ad confiténdum tibi, * ſuper judícia juſtificatiónis tuæ.

Párticeps ego ſum ómnium timéntium te: * & cuſtodiéntium mandáta tua.

Miſericórdia tua Dómine plena eſt terra: * juſtificatiónes tuas doce me.

Réquiem ætérnam.

*Pſalmus.*

BOnitátem fecíſti cum ſervo tuo Dómine: * ſecúndùm verbum tuum.

Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam doce me: * quia mandátis tuis crédidi.

Priúſ-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Priúſquam humiliárer, ego delíqui: * proptéreà elóquium tuum cuſtodívi.

Bonus es tu: * & in bonitáte tua doce me juſtificatiónes tuas.

Multiplicáta eſt ſuper me iníquitas ſuperbórum: * ego autem in toto corde meo ſcrutábor mandáta tua.

Coagulátum eſt ſicut lac cor eórum: * ego verò legem tuam meditátus ſum.

Bonum mihi, quia humiliáſti me: * ut diſcam juſtificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * ſuper míllia auri, & argénti.

Manus tuæ fecérunt me, & plaſmavérunt me: * da mihi intelléctum, & diſcam mandáta tua.

Qui timent te, vidébunt me, & lætabúntur: * quia in verba tua ſuperſperávi.

Cognóvi Dómine quia æquitas judícia tua: * & in veritáte tua humiliáſti me.

Fiat miſericórdia tua ut conſolétur me: * ſecúndùm elóquium tuum ſervo tuo.

Véniant mihi miſeratiónes tuæ, & vivam: * quia lex tua meditátio mea eſt.

Confundántur ſupérbi, quia injúſtè iniquitátem fecérunt in me: * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te: * & qui novérunt teſtimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in juſtificatiónibus tuis, * ut non confúndar. Réquiem ætérnam.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Pſalmus.*

DEfécit in ſalutáre tuum ánima mea: * & in verbum tuum ſuperſperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes: Quando conſoláberis me?

Quia factus ſum ſicut uter in pruína: * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Quot ſunt dies ſervi tui: * quando fácies de perſequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes: * ſed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: * iníque perſecúti ſunt me, ádjuva me.

Paulò minùs conſummavérunt me in terra: * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndùm miſericórdiam tuam vivífica me: * & cuſtódiam teſtimónia oris tui.

In ætérnum Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundáſti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tua perſevérat dies; * quóniam ómnia ſérviunt tibi.

Niſi quòd lex tua meditátio mea eſt: * tunc fortè periíſſem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíſcar juſtificatiónes tuas: * quia in ipſis vivificáſti me.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Tuus ſum ego, ſalvum me fac: * quóniam juſtificatiónes tuas exquiſivi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * teſtimónia tua intelléxi.

Omnis conſummatiónis vidi finem: * latum mandátum tuum nimis.

Réquiem ætérnam.

*Pſalmus.*

QUómodo diléxi legem tuam Dómine? * tota die meditátio mea eſt.

Super inimícos meos prudéntem me fecíſti mandáto tuo: * quia in ætérnum mihi eſt.

Super omnes docéntes me intelléxi: * quia teſtimónia tua meditátio mea eſt.

Super ſenes intelléxi: * quia mandáta tua quæſivi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos: * ut cuſtódiam verba tua.

A' judíciis tuis non declinávi: * quia tu legem poſuíſti mihi.

Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua, * ſuper mel ori meo!

A' mandátis tuis intelléxi: * proptéreà odívi omnem viam iniquitátis.

Lucérna pédibus meis verbum tuum, * & lumen ſémitis meis.

Jurávi, & ſtátui * cuſtodíre judícia juſtítiæ tuæ.

Humiliátus ſum uſquequáque Dómine: * vivífica me ſecúndùm verbum tuum.

Vo-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Voluntária oris mei beneplácita fac Dómine: * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis ſemper: * & legem tuam non ſum oblítus.

Poſuérunt peccatóres láqueum mihi, * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquiſivi teſtimónia tua in ætérnum: * quia exultátio cordis mei ſunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas juſtificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

Réquiem ætérnam.

*Pſalmus.*

INíquos ódio hábui: * & legem tuam diléxi.

Adjútor, & ſuſcéptor meus es tu: * & in verbum tuum ſuperſperávi.

Declináte à me malígni: * & ſcrutábor mandáta Dei mei.

Súſcipe me ſecúndùm elóquium tuum, & vivam: * & non confúndas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & ſalvus ero: * & meditábor in juſtificatiónibus tuis ſemper.

Sprevíſti omnes diſcedéntes à judíciis tuis: * quia injúſta cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ: * ídeò diléxi teſtimónia tua.

Confige timóre tuo carnes meas: * à judíciis enim tuis tímui.

Feci

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Feci judícium, & juſtítiam: * non tradas me calumniántibus me.

Súſcipe ſervum tuum in bonum: * non calumniéntur me ſupérbi.

Oculi mei defecérunt in ſalutáre tuum: * & in elóquium juſtítiæ tuæ.

Fac cum ſervo tuo ſecúndùm miſericórdiam tuam: * & juſtificatiónes tuas doce me.

Servus tuus ſum ego: * da mihi intelléctum, ut ſciam teſtimónia tua.

Tempus faciéndi Dómine: * diſſipavérunt legem tuam.

Ideò diléxi mandáta tua, * ſuper aurum, & topázion.

Proptéreà ad ómnia mandáta tua dirigébar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

Réquiem ætérnam.

*Pſalmus.*

Mirabília teſtimónia tua: * ídeò ſcrutáta eſt ea ánima mea.

Declarátio ſermónum tuórum illúminat: * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attráxi ſpíritum: * quia mandáta tua deſiderábam.

Aſpice in me, & miſerére mei, * ſecúndùm judícium diligéntium nomen tuum.

Greſſus meos dírige ſecúndùm elóquium tuum: * & non dominétur mei omnis injuſtítia.

Ré-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Rédime me à calúmniis hóminum: * ut cuſtódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina ſuper ſervum tuum: * & doce me juſtificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei: * quia non cuſtodiérunt legem tuam.

Juſtus es Dómine: * & rectum judícium tuum.

Mandáſti juſtítiam teſtimónia tua, * & veritátem tuam nimis.

Tabéſcere me fecit zelus meus: * quia oblíti ſunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter, * & ſervus tuus diléxit illud.

Adoleſcéntulus ſum ego, & contémptus: * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Juſtítia tua, juſtítia in ætérnum: * & lex tua véritas.

Tribulátio & angúſtia invenérunt me: * mandáta tua meditátio mea eſt.

Æquitas teſtimónia tua in ætérnum: * intelléctum da mihi, & vivam.

Réquiem ætérnam.

*Pſalmus.*

CLamávi in toto corde meo, exáudi me Dómine: * juſtificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, ſalvum me fac: * ut cuſtódiam mandáta tua.

Præ-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Prævéni in maturitáte, & clamávi: * quia in verba tua ſuperſperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo: * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi ſecúndùm miſericórdiam tuam Dómine: * & ſecúndùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt perſequéntes me iniquitáti: * à lege autem tua longè facti ſunt.

Propè es tu Dómine: * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de teſtimóniis tuis: * quia in ætérnum fundáſti ea.

Vide humilitátem meam, & éripe me: * quia legem tuam non ſum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me: * propter elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus ſalus: * quia juſtificatiónes tuas non exquiſiérunt.

Miſericórdiæ tuæ multæ Dómine, * ſecúndùm judícium tuum vivífica me.

Multi qui perſequúntur me, & tribulant me: * à teſtimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, & tabeſcébam; * quia elóquia tua non cuſtodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine, * in miſericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas: * in ætérnum ómnia judícia juſtítiæ tuæ.

Réquiem ætérnam.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Pſalmus.*

PRíncipes perſecúti ſunt me gratis: * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego ſuper elóquia tua, * ſicut qui invénit ſpólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus ſum: * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * ſuper judícia juſtítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam: * & non eſt illis ſcándalum.

Expectábam ſalutáre tuum Dómine: * & mandáta tua diléxi.

Cuſtodívit ánima mea teſtimónia tua: * & diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua, & teſtimónia tua: * quia omnes viæ meæ in conſpéctu tuo.

Appropínquet deprecátio mea in conſpéctu tuo Dómine: * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret poſtulátio mea in conſpéctu tuo: * ſecúndùm elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cùm docúeris me juſtificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum: * quia ómnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua, ut ſalvet me: * quóniam mandáta tua elégi.

Con-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Concupívi ſalutáre tuum Dómine: * & lex tua meditátio mea eſt.

Vivet ánima mea, & laudábit te: * & judícia tua adjuvábunt me.

Errávi, ſicut ovis quæ périit: * quære ſervum tuum, quia mandáta tua non ſum oblítus.

Réquiem ætérnam.

*In fine omnium dicatur ab omnibus Aña.* Chorus Angelórum te ſuſcípiat, & in ſinu Abrahæ te cóllocet: ut cum Lázaro quondam páupere ætérnam hábeas réquiem.

*Abluto corpore, involuto, & decenter in feretro poſito, à Sacerdote aqua benedicta aſpergatur, & thurificetur, dicente cum nota,* Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Nihil proficiat inimícus in eo.

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

Deus, cui ſoli cómpetit medicínam præſtáre poſt mortem: præſta, quæſumus; ut ánima fámuli tui terrénis exúta contágiis, in tuæ redemptiónis parte numerétur. Per Chriſtum Dóminum. ℟. Amen.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Si cadaver Religioſi defuncti è cubiculo ad Eccleſiam non ſtatim deportetur, ſed vel ad Chorum ſuperiorem, vel ad alium locum decentem, in quo maneat expoſitum, uſque dum hora competenti ad Eccleſiam transferatur; tunc Fratres à cubiculo ad eumdem locum Añam.* Subveníte ſancti Dei. *alternatim cum Pſalm.* Miſerére. *lugubri voce recitabunt. Atque ibidem cadavere decenter inter lumina collocato, ſtatim à Choro aut veſperæ ſequentis Officii, aut Nocturnum ob devotionem cum abſolutione in fine cantabuntur. Quodſi ſtatim è cubiculo ad Eccleſiam cadaver deferatur ſepulturæ mandandum, tunc rubrica infra poſita, omnino ſervetur.*

*Finita Oratione, Cantor incipiat Reſp.* Líbera me Dómine. *quod Conventus proſequatur: & cantando efferatur corpus ad Eccleſiam, ſeu Capitulum: & ipſum deponant ante Altare, pedibus defuncti verſus Altare majus: ſi verò defunctus fuerit Sacerdos, ponatur capite verſus Altare, ad cujus caput crux collocetur: & dum Reſponſ. finitur, Sacerdos aſpergat, & thurificet corpus.*

RESPONS. *Cant.* L



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






meo

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





æ- tér- nam do- na e- is Dó- mi- ne ,



& lux per- pé- tu- a lú- ce- at e- is.



℟. Lí- be- ra me.



Ky- ri- e e- léi- ſon. Chri- ſte e- léiſon.



Ky- ri- e e- léi- ſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta inferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oré-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Orémus. *Oratio.*

COmmendámus, Dómine, ánimam fámuli tui N. fratris noſtri in mánibus Beatíſſimæ Vírginis & matris Mariæ noſtri ſacri Ordinis ſinguláris Patrónæ. Commendámus, Dómine, ánimam fámuli tui in mánibus ſanctórum Patris noſtri Eliæ, Eliſéi, & ómnium Patriarchárum, & Prophetárum. Commendámus, Dómine, ánimam fámuli tui in mánibus ſanctórum Petri, & Pauli, & ómnium Apoſtolórum, & Euangeliſtárum. Commendámus, Dómine, ánimam fámuli tui in mánibus ſanctórum Stéphani, Angeli, & ómnium Mártyrum. Commendámus, Dómine, ánimam fámuli tui in mánibus ſanctórum Silvéſtri, Cyrílli, & ómnium Pontíficum, Confeſſórum, & Doctórum. Commendámus, Dómine, ánimam fámuli tui in mánibus ſanctórum Benedícti, Albérti, & ómnium Sacerdótum, Levitárum, Monachórum, & Eremitárum. Commendámus, Dómine, ánimam fámuli tui in mánibus ſanctárum Annæ, Magdalénæ, Cæcíliæ, & ómnium vírginum, & viduárum. Commendámus, Dómine, ánimam fámuli tui in mánibus Sanctórum, & Sanctárum ómnium. Commendámus, Dómine, in manus tuas ánimam fámuli tui, ne princeps ei nóceat tenebrárum: ſed tu, Dómine miſericórditer eam prótegas in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

*His dictis, aliqui Fratres depoſiti à R. Priore, ſedentes prope defunct. donec ſepulturæ tradatur, legant ſubmiſſa voce Pſalt. & ſepeliatur hoc modo, ut infra.*

DE

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# DE SEPULTURA FRATRUM.

*ANtequam defunctus ſepeliatur, pro eo Miſſa ſolemniter celebretur, niſi adſit aliquod legitimum impedimentum. Qua expleta, Sacerdos caſula exutus, & pluviali indutus, aſſiſtentibus Miniſtris Altaris à dextris, & à ſiniſtris coram defuncto, ſine* Dóminus vobíſcum., *&* Orémus. *abſolutè dicat Orationem ſequentem.*

*Oratio.*

NOn intres in júdicium cum ſervo tuo, Dómine, quia nullus apud te juſtificábitur homo, niſi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíſſio. Non ergo eum, quæſumus, tua judiciális ſenténtia premat, quem tibi vera ſupplicátio fidei commendat: ſed grátia tua illi ſuccurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis, qui dum víveret, inſignítus eſt ſignáculo ſanctæ Trinitátis. Qui vivis, & regnas. ℟. Amen.

*Finita Oratione, duo Cantores incipiant Reſp.* Subveníte. *& cantent Verſ. quod & in aliis duobus Reſponſoriis ſequentibus faciant: & Sacerdos aſpergat corpus aqua benedicta, circumeundo feretrum; atque eodem modo thurificet.*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






vocá-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





vo- cá- vit e- am, & in ſi- num



A- bra- hæ An-ge- li de- dú- cant



e- am. * Offe- rén- tes.



Ky- ri- e e- léi-ſon. Chriſte e- léi-ſon.



Ky- ri- e e- léi- ſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam ejus.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. Credo vidére bona Dómini.
℟. In terra vivéntium.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cui ómnia vivunt, & cui non péreunt moriéndo córpora noſtra, ſed mutántur in mélius: te ſúpplices deprecámur; ut ſúſcipi júbeas ánimam fámuli tui, per manus ſanctórum Angelórum deducéndam in ſinum amíci tui Abrahæ Patriárchæ, reſuſcitandámque in noviſſimo judícii magni die: & quidquid vitiórum diábolo falléntе contráxit, tu pius & miſéricors ábluas indulgéndo. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Et ſtatim incipiatur Reſponſ. ſeq.*

RES-PONS.

*Cant.*



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





Ky-ri- e e- léi-ſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Cóllocet eum Dóminus cum princípibus.

℟. Cum princípibus pópuli ſui.

℣. In memória ætérna erit juſtus.

℟. Ab auditióne mala non timébit.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

FAc, quæſumus Dómine, hanc cum ſervo tuo defúncto miſericórdiam: ut factórum ſuórum in pœnis non recípiat vicem, qui tuam in votis ténuit voluntátem: ut ſicut hìc eum vera fides junxit fidélium turmis, ita illic eum tua miſerátio aſſóciet Angélicis choris. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Et ſtatim dicatur Reſponſ.* Líbera me Dómine, *ut ſupra* pag. 60.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. A' porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus: *Oratio.*

ANnue nobis, Dómine, ut ánima fámuli tui fratris noſtri, remiſſiónem, quam ſemper optávit, mereátur percípere delictórum. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Statimque Sacerdos incipiat Añam ſequentem.*

ANTIPH.



*Sacerd.* IN Pa- ra- dí- ſum. *Chor.* De-



dú- cant te An- ge- li: in tu- o



advén- tu ſuſ- cí- pi- ant te már- tyres,

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






*Dum*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Dum hæc Antiphona cantatur præeuntibus cruce, & luminaribus, campanaque pulſante, feratur corpus defuncti ad tumulum: & cùm pervenerit ad tumulum Sacerdos incipiat Antiph. ſequentem.*




*Et Cantores intonent*

*Canticum Zachariæ.* Lucæ 1. *g.*

BEnedíctus Dóminus Deus Iſrael: * quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ.

Et eréxit cornu ſalútis nobis, * in domo David púeri ſui.

Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſæculo ſunt, prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis noſtris, * & de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam miſericórdiam cum pátribus noſtris: * & memorári teſtaménti ſui ſancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem noſtrum, * datúrum ſe nobis.

Ut ſine timóre, de manu inimicórum noſtrórum liberáti, * ſerviámus illi.

In ſanctitáte, & juſtítia coram ipſo, * ómnibus diébus noſtris.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Et tu puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus, * in remiſſiónem peccatórum eórum.

Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, * in quibus viſitávit nos, óriens ex alto.

Illumináre his, qui in ténebris, & in umbra mortis ſedent: * ad dirigéndos pedes noſtros in viam pacis.

Réquiem ætérnam.

*Quo finito, dicatur Antiphona ſequens.*

ANTIPHON.
Cant.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.












Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

ABſólve, quæſumus Dómine, ánimam fámuli tui N. fratris noſtri, ut defúnctus ſæculo, tibi vivat: & peccáta, quæ per fragilitátem carnis humána converſatióne commíſit, tu vénia miſericordíſſimæ pietátis abſtérge. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Dicta Oratione, Sacerdos aſpergat corpus defuncti aqua benedicta, & tumulum, & ſimiliter incenſet, & dicat:*

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei.



*Cant.* Re-qui- éſcant in pa- ce.

*Fratres collocent corpus in tumulo, ut decentiùs potuerint: & Sacerdos ſuper eum terram projiciat: & qui ad hoc conſtituti fuerint, ipſum humo cooperiant: interim Sacerdos verſo vultu ad tumulum dicat:*

Orémus. *Oratio.*

DEbitum humáni córporis ſepeliéndi officium, fidélium more compléntes, Deum, cui ómnia vivunt, fidéliter deprecámur; ut corpus chari fratris noſtri à nobis in infirmitáte ſepúltum, in órdine Sanctórum ſuórum reſúſcitet; & ejus ſpíritum Sanctis ac fidélibus aggregári júbeat: cum quibus inenarrábili glória, & perénni felicitáte pérfrui mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Humato corpore, & dicta Oratione, Cantores incipiant alta voce Añam* Clementiſſime. & *Conventus ipſam proſequatur: & in fine ter genibus flexis repetitur:* Dómine miſerére ſuper iſto peccatóre.

AN-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






tor abſólve: & cun- cta e-jus peccá- ta
o-bli- vi- ó- ne per- pé- tu- a de- le:
e- ámque ad lu- cem tu- am An-
ge- li tra- dant, pa- ra- dí- ſi- que já-
nu- am in-tro- dú- cant: ut dum cor- pus
púl- ve- ri trá- di- tur, ad æ- ter- ni- tá-
tem

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





tem per- dú-cant.

*Cantores ter incipiant flexis genibus.*



*Cant.* Dómi- ne mi- ſe-ré- re

*Conventus ter in fine genibus flexis repetit.*



*Chor.* Super i- ſto pec- ca- tó-re.

*Dicta Antiphona, ſtatim Sacerdos altè dicat:*

Pater noſter.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Non intres in judícium cum ſervo tuo Dñe.
℟. Quia non juſtificábitur in conſpéctu tuo omnis vivens.
℣. A' porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oré-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Orémus. *Oratio.*

SAtisfáciat tibi, quæſumus Dómine, Deus noſter, pro ánima fámuli tui fratris noſtri, beatíſſimæ Dei Genitrícis, ſempérque Vírginis Maríæ, noſtri ſacri Ordinis ſinguláris Patrónæ, & beatórum Patris noſtri Elíæ, & Eliſéi Prophetárum, Angeli & Anaſtáſii mártyrum, Cyrílli, & Albérti Confeſſórum, Euphráſiæ, Teréſiæ & Maríæ Magdalénæ Vírginum, omniúmque Sanctórum tuórum orátio, & præſéntis famíliæ tuæ húmilis, & devóta ſupplicátio: ut peccatórum ómnium véniam, quam precámur, obtíneat; nec eum patiáris cruciári gehennálibus flammis, quem Fílii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti pretióſo ſánguine redemíſti.

*Orátio.*

DEus, cujus miſeratióne ánimæ fidélium requiéſcunt, fámulis & famulábus tuis ómnibus hìc & ubíque in Chriſto quieſcéntibus, da propítius véniam peccatórum: ut à cunctis reátibus abſolúti, tecum ſine fine læténtur. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

*His dictis, Cantores voce mediocri incipiant Pſalmum* Miſerére mei Deus. *& Conventus proſequatur, revertendo in Chorum, terminando Pſalm. per* Réquiem ætérnam. *Quo finito, Fratres genibus flexis ſecretò dicant* Pater noſter. *quo finito, Sacerdos ſolus erectus dicat:*

℣. Et

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. In memória ætérna erit juſtus.
℟. Ab auditióne mala non timébit.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

ABſólve, quæſumus Dómine, ánimam fámuli tui Fratris noſtri, & ánimas famulórum, famularúmque tuárum, ab omni vínculo deliĉtórum: ut in reſurrectiónis glória inter Sanĉtos & eléĉtos tuos reſuſcitáti reſpírent. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

*Deinde iterùm Sacerdos genuflectat, ut priùs: & omnes Fratres ſecretò dicant* Pater noſter., *&* Ave María. *& poſteà facto ſigno à Prælato, exeant à Choro.*

*Si defunctus quacumque ex cauſa tradendus in ſepultura, ita ut pro eo Miſſa ſolemniter celebrari non poſſit, hoc modo ſepeliatur.*

*Congregatis Fratribus in Choro cum cappis albis, ad ſignum Prioris, Cantores incipiant Invitat.* Regem, cui ómnia vivunt, * Veníte adorémus. *Pſalm.* Veníte. *& dicantur Vigiliæ mortuorum, uſque*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*ad Laudes excluſivè : & loco ultimi Reſponſ. Cantores incipiant Reſponſ.* Subveníte Sancti Dei. *Quo finito, Sacerdos ſine* Dóminus vobíſcum. *& ſine* Orémus. *abſolutè dicat Orationem* Non intres in judícium *qua finita, Cantores incipiant Reſp.* Líbera me Dómine. *ut ſupra pag.60.*

# DE SEPULTURA
## Cadaverum extraneorum.

*CUm corpus defuncti ad portam Eccleſiæ pervenerit, præeuntibus Cruce & luminaribus, nolaque pulſante, juxta ritum patriæ, mox à Sacerdote aſpergatur, & thurificetur: Cantoreſque incipiant Reſponſ.* Subveníte Sancti Dei. *Quo finito, Sacerdos ſtans à capite defuncti, dimiſſo* Dóminus vobíſcum. & Orémus. *abſolutè incipiat Orationem ſequentem.*

*Oratio.*

NOn intres in judícium cum ſervo tuo, Dómine, quia nullus apud te juſtificábitur homo, niſi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíſſio. Non ergo eum, quæſumus, tua judiciális senténtia premat, quem tibi vera ſupplicátio fidei commèndat: ſed grátia tua illi ſuccurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis, qui dum víveret, inſignítus eſt ſignáculo ſanctæ Trinitátis. Qui vivis, & regnas. ℟. Amen.

*Qua*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Qua finita, Cantores incipiant Reſponſ.* Líbera me Dómine. *ut ſupra* pag. 60.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Credo vidére bona Dómini.

℟. In terra viventium.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cui ómnia vivunt, & cui non péreunt moriéndo córpora noſtra, ſed mutántur in mélius: te ſúpplices deprecámur; ut ſúſcipi júbeas ánimam fámuli tui, per manus ſanctórum Angelórum deducéndam in ſinum amíci tui Abrahæ Patriárchæ, reſuſcitandámque in noviſſimo judícii magni die: & quidquid vitiórum diábolo falléte contráxit, tu pius & miſéricors ábluas indulgéndo. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Qua finita, efferatur corpus defuncti ad tumulum, & Sacerdos incipiat Antiphonam* In paradíſum. *quam Chorus proſequitur: & cùm pervenerit ad tumulum, Sacerdos incipiat Antiphonam* Ego ſum reſurréctio. *& dicatur Canticum* Benedíctus. *quo finito, dicatur Antiphona ex integro*, Ego ſum reſurréctio & vita. *ut ſupra* pag. 74.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

ABſólve, quæſumus Dómine, ánimam fámuli tui: ut defúnctus ſæculo, tibi vivat: & peccáta, quæ per fragilitátem carnis humána converſatióne commíſit, tu vénia miſericordíſſimæ pietátis abſtérge. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Dicta Oratione, Sacerdos aſpergat corpus defuncti aqua benedicta, & ſimiliter incenſet: & dicat*

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

*Et interim defunctus ſepeliatur: & Fratres proceſſionaliter euntes ad Chorum, dicant Pſal.* Miſerére mei. *Sacerdos dicat alta voce* Pater noſter. *quo ſecretò à ſingulis Fratribus terminato, Sacerdos ſolus erectus dicat:*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória ætérna erit juſtus.

℟. Ab auditióne mala non timébit.

℣. Dó-

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. *Oratio* Inclína Dómine. *ſi fuerit fæmina* Quæſumus Dómine. *ſi fuerit Epiſcopus, vel Sacerdos*, Deus, qui inter Apoſtólicos. *Qua finita, Fratres exeant Choro.*

# INCIPIT OFFICIUM
## Sepulturæ Parvulorum.

*QUando puer extrahitur de domo, fiat ſecundùm uſum Patriæ, vel incipiatur Pſalm.* Beáti immaculáti. *vel Pſalm.* Laudáte púeri. *cum* Glória Patri. *Quando puer eſt in Eccleſia, incipitur Antiphona.*

ANTI-PHON.



*Cant.* H Ic ac- cí- pi- et. *Chor.* Be-



ne- di- cti- ó- nem à Dó- mi- no; & mi- ſeri-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






*Pſalmus 23.*

Omini eſt terra, & plenitúdo ejus: * orbis terrárum, & univérſi, qui hábitant in eo.

Quia ipſe ſuper mária fundávit eum: * & ſuper flúmina præparávit eum.

Quis aſcéndet in montem Dómini? * aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?

Innocens mánibus, & mundo corde, qui non accépit in vano ánimam ſuam: * nec jurávit in dolo próximo ſuo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino: * & miſericórdiam à Deo ſalutári ſuo.

Hæc eſt generátio quæréntium eum: * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attól-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Attóllite portas príncipes veſtras, & elevámini portæ æternáles: * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? * Dóminus fortis, & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes veſtras, & elevámini portæ æternáles: * & introíbit rex glóriæ.

Quis eſt iſte rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipſe eſt rex glóriæ.

Glória Patri &c.

*Quo finito, dicatur*, Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Me autem propter innocéntiam ſuſcepíſti.

℟. Et confirmáſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens & mitíſſime Deus, qui ómnibus párvulis renátis baptíſmate, dum migrant à ſæculo, ſine ullis eórum méritis vitam íllicò largíris ætérnam, ſicut ánimæ hujus párvuli crédimus te feciſſe: fac nos, quæſumus Dómine, per interceſſiónem Beátæ Maríæ Vírginis, & ómnium Sanctórum tuórum, hìc purificátis tibi méntibus famulári: & in paradíſo beátis párvulis perénniter ſociári. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Dum portatur ad tumulum, dicant Canticum ſeq.*

Can-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Canticum trium puerorum.* Dan. 3. *e.*

BEnedícite ómnia ópera Dómini Dómino: * laudáte, & ſuperexaltáte eum in ſæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedícite cœli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, Dómino: * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite ſol, & luna Dómino: * benedícite ſtellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber, & ros Dómino: * benedícite omnes ſpíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis, & æſtus Dómino: * benedícite frigus, & æſtus Dómino,

Benedícite rores, & pruína Dómino: * benedícite gelu, & frigus Dómino.

Benedícite glácies, & nives Dómino: * benedícite noctes, & dies Dómino.

Benedícite lux, & ténebræ Dómino: * benedícite fúlgura, & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * laudet, & ſuperexáltet eum in ſæcula.

Benedícite montes, & colles Dómino: * benedícite univérſa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: * benedícite mária, & flúmina Dómino.

Benedícite cete, & ómnia, quæ movéntur in aquis Dómino: * benedícite omnes vólucres cœli Dómino.

Bene-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Benedícite omnes béſtiæ, & pécora Dómino: * benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Iſrael Dóminum: * laudet, & ſuperexáltet eum in ſæcula.

Benedícite ſacerdótes Dómini Dómino: * benedícite ſervi Dómini Dómino.

Benedícite ſpíritus, & ánimæ juſtórum Dómino: * benedícite ſancti, & húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Míſael Dómino: * laudáte, & ſuperexaltáte eum in ſæcula.

Benedicámus Patrem, & Fílium cum ſancto Spíritu: * laudémus, & ſuperexaltémus eum in ſæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cœli: * & laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſæcula.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Pſalmus* 148.

DE cœlis: * laudáte eum in excélſis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum ſol, & luna: * laudáte eum omnes ſtellæ, & lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: * & aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in ætérnum, & in ſæculum ſæculi: * præcéptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra: * dracónes, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum:* quæ fáciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, & omnes cedri.

Béſtiæ, & univérſa pécora: * ſerpéntes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli: * príncipes, & omnes júdices terræ.

Júvenes, & vírgines, ſenes cum junióribus laudent nomen Dómini:*quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Conféſſio ejus ſuper cœlum, & terram: * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus: * filiis Iſrael, pópulo appropinquánti ſibi.

*Pſal-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



## *Pſalmus* 149.

CAntáte Dómino cánticum novum : * laus ejus in Ecclésia ſanctórum.

Lætétur Iſrael in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exúltent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, & pſaltério pſallant ei.

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo: * & exaltábit manſuétos in ſalútem.

Exultábunt ſancti in glória: * lætabúntur in cubílibus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conſcríptum: * glória hæc eſt ómnibus ſanctis ejus.

## *Pſalmus* 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério, & cíthara.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Laudáte eum in tympano, & choro: * laudáte eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus, laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.



ANTIPHON. *Cant.* JUvenes, & vír- gi- nes *Chor.* Se-



nes cum ju- ni- ó- ri- bus, lau- dá- te



Dó mi- num.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Sínite párvulos veníre ad me.

℟. Tálium eſt enim regnum cœlórum.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oré-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Orémus. *Oratio.*

OMnípotens ſempitérne Deus, ſanctæ puritátis amátor, qui ánimam hujus párvuli ad regnum cœlórum hódie miſericórditer vocáre dignátus es: concéde nobis, ita miſericórditer ágere, ut méritis tuæ ſanctiſſimæ Paſſiónis, & interceſſióne Beátæ Maríæ Vírginis, & ómnium Sanctórum tuórum, in eódem regno nos cum ómnibus Sanctis tuis, & eléctis ſemper fácias congaudére in cœléſtibus. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculórum.

℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.







℣. Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

PRO-

# PROCESSIO MORTUORUM.

PRIMA STATIO.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






Ky-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





Ky- ri- e e- léi-ſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

INclína Dómine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: ut ánimas famulórum tuórum, Fratrum noſtrórum, quas de hoc ſæculo migráre juſſiſti, in pacis ac lucis regióne conſtítuas, & Sanctórum tuórum júbeas eſſe consórtem. Per Dóminum noſtrum.

## SECUNDA STATIO.

RESPONS.



*Cant.* M E- mén- to me- i Deus,

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





Ky- ri- e e- léi-ſon. Chri-ſte e-léi-ſon.



Ky- ri- e e- léi-ſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Credo vidére bona Dómini.
℟. In terra viventium.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo

*Oremus.*

DEus, qui nos Patrem, & Matrem honoráre præcepíſti: miſerére cleménter animábus paréntum noſtrórum, eorúmque ómnia peccáta dimítte: noſque illos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

TERTIA STATIO.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória ætérna erunt juſti.

℟. Ab auditióne mala non timébunt.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

DEus, véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor, quæſumus cleméntiam tuam, ut noſtræ Congregatiónis fratres, familiáres, & benefactóres noſtros, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt, beáta María ſemper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium pervenire concédas. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

QUAR-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



## QUARTA STATIO.

RESPONS.

*Cant.* R E- qui- em æ-tér- nam

*Chor.* Do- na e- is, Dó- mi- ne;

*Et lux perpé- tu-a lú-ce-at e- is.

℣. Qui Lá- za-rum re-ſuſ-ci-tá- ſti à

mo-nu-mén-to fœ-ti-dum, tu e- is, Dó-

mi- ne, do-na ré-qui- em, & lo-cum in-dul-

gén-










Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi.

℣. Et ánimas páuperum tuórum ne oblivifcáris in finem.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

DEus, cujus miſeratióne ánimæ fidélium requiéſcunt, fámulis, & famulábus tuis ómnibus hìc & ubíque in Chriſto quieſcéntibus: da propítius véniam peccatórum, ut à cunctis reátibus abſolúti, tecum ſine fine lætèntur.

Ab-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



ABſólve, quæſumus Dómine, ánimas famulórum, famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum: ut in reſurrectiónis glória inter Sanctos, & eléctos tuos reſuſcitáti reſpírent. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

*Cantores dicunt* ℣. Requiéſcant in pace. *& Chorus* ℟. Amen.

*Redeuntes ad Chorum dicant alternatim Pſalm.* De profúndis. *cum* Réquiem ætérnam. *in fine.*

℣. A' porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Credo vidére bona Dómini.

℟. In terra vivéntium.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

FIdélium Deus ómnium Cónditor, & Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum, remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

*Si Proceſſio fiat poſt Miſſam majorem, loco Pſalm.* De profúndis. *dicatur* Deus miſereátur noſtri. *cum cæteris Pſalmis, & precibus, ut in Breviario.*

DE

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# DE TERNARIIS.

*Notandum eſt, quòd ter in anno facimus Ternarium pro Fratribus, & Sororibus noſtris, Parentibus, Familiaribus, Benefactoribus, & litteras Confraternitatis habentibus, & ſepultis in Eccleſiis noſtri Ordinis.*

*Primum Ternarium dicimus poſt Octavam Epiphaniæ, & ante Feriam quartam Cinerum.*

*Secundum poſt Octavam Paſchæ, & ante feſtum Aſcenſionis.*

*Tertium poſt feſtum S. Michaelis, & ante feſtum Omnium Sanctorum.*

*Et dicitur ſub ritu ſemiduplici, tribus diebus continuis, dummodo non occurrat in illis feſtum dupl. vel Dominica, hoc ordine.*

*Prima die cujuſlibet Ternarii dicantur Veſperæ cum his Orationibus ſub una concluſione.*

*Oratio.*

Inclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: ut ánimas Fratrum & ſorórum órdinis noſtri, quas de hoc ſæculo migráre juſſiſti, in pacis, ac lucis regióne conſtítuas: & ſanctórum tuórum júbeas eſſe consórtes.

Ab-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



ABſólve, quæſumus Dómine, ánimas famulórum, famularúmque tuárum ab omni vínculo deliótorum: ut in reſurrectiónis glória inter Sanctos, & eléctos tuos reſuſcitáti reſpírent. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℞. Amen.

*Ad Matutinum dicuntur, primus Nocturn. & Laud. cum Orationibus ſequentibus.*

*Oratio.*

INclína Dómine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: ut ánimas Fratrum, & ſorórum órdinis noſtri, quas de hoc ſæculo migráre juſſiſti, in pacis, ac lucis regióne conſtítuas, & Sanctórum tuórum júbeas eſſe conſórtes.

DEus, véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor, quæſumus cleméntiam tuam: ut noſtræ Congregatiónis fratres, familiáres, & benefactóres noſtros, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt, Beáta María ſemper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium pervenire concédas.

FIdélium Deus ómnium Cónditor, & Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam ſemper optavérunt piis ſupplicatiónibus conſequántur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Secunda die cujuſlibet Ternarii dicantur Veſperæ cum Orationibus ſequentibus.*

*Oratio.*

DEus, qui nos patrem, & matrem honoráre præcepíſti, miſerére cleménter animábus paréntum noſtrórum, eorúmque ómnia peccáta dimítte, noſque illos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére.

ABſólve, quæſumus Dómine, ánimas famulórum, famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum: ut in reſurrectiónis glória inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitáti reſpírent. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Ad Matutinum dicuntur, ſecundus Nocturnus, & Laud. cum Orationibus ſequentibus.*

*Oratio.*

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepíſti, miſerére cleménter animábus paréntum noſtrórum, eorúmque ómnia peccáta dimítte, noſque illos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére.

DEus, cujus miſeratióne ánimæ fidélium requiéſcunt: fámulis & famulábus tuis, ómnibus hic, & ubíque in Chriſto quieſcéntibus: da propítius véniam peccatórum; ut à cunctis reátibus abſolúti, tecum ſine fine læténtur.

Fidé-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



FIdélium Deus ómnium Cónditor, & Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

*Tertia die cujuſlibet Ternarii dicuntur Veſperæ cum Orat. ſeq.* *Oratio.*

DEus, véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor, quæſumus cleméntiam tuam: ut noſtræ Congregatiónis fratres, familiáres, & benefactóres noſtros, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt, Beáta María ſemper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas.

ABſólve, quæſumus Dómine, ánimas famulórum, famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum: ut in reſurrectiónis glória inter Sanctos & eléctos tuos reſuſcitáti reſpírent. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Ad Matutinum dicuntur, tertius Nocturnus, & Laud. cum Orationibus ſequentibus.*

*Oratio.*

DEus, véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor, quæſumus cleméntiam tuam: ut noſtræ Congregatiónis fratres, familiáres, & benefactóres

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



noſtros, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt, Beáta María ſemper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas.

MIſerére, quæſumus Dómine, animábus ómnium benefactórum noſtrórum defunctórum; & de beneficiis, quæ nobis largíti ſunt in terris, præmia ætérna conſequántur in cœlis.

FIdélium Deus ómnium Cónditor, & Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

## FORMA ABSOLVENDI,

### excommunicatum jam mortuum.

*SI quis excommunicatus ex hac vita decedens dederit ſignum contritionis, ne Eccleſiaſtica careat ſepulturâ, ſed Eccleſiæ ſuffragiis, quatenus fieri poteſt adjuvetur, abſolvi poteſt hoc modo.*

*Si corpus nondum ſepultum fuerit, verberetur & ab-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*& abſolvatur, ut infra; deinde abſolutum in loco ſacro ſepeliatur.*

*Si verò fuerit ſepultum in loco profano, ſi commode fieri poterit, exhumabitur, & eodem modo verberabitur, & poſt abſolutionem in loco ſacro ſepelietur, ſed ſi commode exhumari non poteſt, locus ſepulturæ verberetur, poſtea abſolvatur.*

*Quodſi in loco ſacro ſit ſepultus, non exhumabitur, ſed verberabitur ſepulchrum. Dum autem corpus, ſive ſepulturam verberat, Sacerdos dicat Añam,*



*Aña.* Ex-ul- tá- bunt. *Primus tonus.*

*Pſalmus* 50.

MIſerére mei Deus, * ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum: * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea: * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóſco: * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci: * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & víncas cùm judicáris.

Ecce

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Ecce enim in iniquitátibus concéptus ſum: * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexíſti: * incérta, & occúlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtáſti mihi.

Aſpérges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium, & lætítiam: * & exultábunt oſſa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis: * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua: * & ſpíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui: * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de ſanguínibus Deus, Deus ſalútis meæ: * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluíſſes ſacrificium, dedíſſem útique: * holocáuſtis non delectáberis.

Sacrificium Deo ſpíritus contribulátus: * cor contrítum, & humiliátum Deus non deſpíces.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion:* ut ædificéntur muri Jeruſalem.

Tunc

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Tunc acceptábis ſacrificium juſtítiæ, oblatiónes, & holocáuſta: * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos. Réquiem ætérnam.

ANTIPHON.

*Cant.* E



X- ul- tá- bunt *Chor.* Dó-



mi- no oſ- ſa hu-mi- li- á- ta.

*Quo facto, abſolvatur dicendo:*

AUctoritáte mihi concéſſa, ego te abſólvo à vínculo excommunicatiónis, quam incurríſti, *vel* incurríſſe declarátus es propter tale factum, & reſtítuo te communióni fidélium. In nómine Pa✠tris, & Fílii, & Spíritus ſancti. Amen.

*Deinde dicitur ſequens Pſalm.*

DE profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine: * Dómine, quis ſuſtinébit?

Quia

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Quia apud te propitiátio eſt : * & propter legem tuam ſuſtinui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus : * ſperávit ánima mea in Dómino.

A' cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſrael in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſrael, * ex ómnibus iniquitátibus ejus. Réquiem ætérnam.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem,

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo

*Oremus.*

DA quæſumus Dómine, ánimæ fámuli tui, quem excommunicatiónis ſenténtia conſtríngerat refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & ſupérni lúminis claritátem. Per Chriſtum Dóminum noſtrum

℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

OFFI-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# OFFICIUM DEFUNCTORUM.

## AD VESPERAS,

ANTIPHONA.




*Pſalmus* 114.

DIlexi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem orationis meæ.

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis: * & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni: * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam: * miséricors Dóminus & juſtus, & Deus noſter miserétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus: * humiliátus ſum, & liberávit me.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Convértere ánima mea in réquiem tuam : * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte : * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Réquiem æternam.

ANTIPHON.



*Cant.* P La- cé- bo Dó-mi-no *Chor.* In



re- gi- ó- ne vi- vó- rum.



*Antiph.* Heu mi- hi Dó-mi- ne. *Secundus tonus.*

*Pſalmus* 119.

AD Dóminum cùm tribulárer clamávi : * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis,* & à lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolóſam ?

Sa-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt: habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem æternam.

ANTIPHON. H



*Cant.* Eu mi- hi Dó-mi-ne,



*Chor.* Qui- a in-co- lá-tus me- us pro- lon-



gá- tus eſt.



*Antiph.* Dó-mi-nus. *Secundus tonus.*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



### *Pſalmus* 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormítet, qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſrael.

Dóminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua, * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat intróitum tuum, & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

Réquiem ætérnam.

ANTI-PHON. *Cant.* D



O-mi-nus, *Chor.* Cu-ſtó-dit



te ab omni ma- lo: cu-ſtó- di- at á- ni-mam tuam

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.









*Pſalmus* 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes : * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris Dómine : * Dómine quis ſuſtinébit ?

Quia apud te propitiátio eſt : * & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus : * ſperávit ánima mea in Dómino.

A' cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſrael in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſrael, * ex ómnibus iniquitátibus ejus. Réquiem ætérnam.

AN-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






*Pſalmus* 137.

CONfitébor tibi Dómine in toto corde meo: * quóniam audíſti verba oris mei.

In conſpéctu Angelórum pſallam tibi: * adorábo ad templum ſanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Super miſericórdia tua, & veritáte tua: * quóniam magnificáſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Con-

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini: * quóniam magna eſt glória Dómini.

Quóniam excélſus Dóminus, & humília réſpicit: * & alta à longè cognóſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * & ſuper iram inimicórum meórum extendíſti manum tuam, & ſalvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine miſericórdia tua in ſæculum: ópera mánuum tuárum ne deſpícias. Réquiem ætérnam.

ANTI-PHON. O



*Cant.* Pe- ra *Chor.* má-nu- um



tu- á- rum Dó-mi- ne ne de- ſpí- ci- as.

## AD MAGNIFICAT,

ANTI-PHON. A



*Sacerd.* U- dí- vi vo- cem *Chor.* De cœlo

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






ET exultávit ſpíritus meus * in Deo ſalutári meo.

Quia reſpéxit humilitátem ancíllæ ſuæ : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt, * & ſanctum nomen ejus.

Et miſericórdia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Fecit poténtiam in bráchio ſuo: * diſpérſit ſupérbos mente cordis ſui.

Depóſuit poténtes de ſede, * & exaltávit húmiles.

Eſuriéntes implévit bonis, * & dívites dimíſit inánes.

Suſcépit Iſrael púerum ſuum, * recordátus miſericórdiæ ſuæ.

Sicut locútus eſt ad patres noſtros, * Abraham, & ſémini ejus in ſæcula.

Réquiem ætérnam.

ANTIPHON.



*Cant.* A U-dí- vi vo- cem *Chor.* De



cœ- lo, di- cén- tem mi- hi: be- á- ti



mór- tu- i, qui in Dó-mi-no mo-ri- ún- tur.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Sequens Pſalm. non dicitur in die animarum, & in die animarum O. N., & in die obitus ſeu depoſitionis defunct. duntaxat; cæteris autem diebus ſemper dicatur.*

*Pſalmus* 145.

LAuda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: * pſallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus; * in fíliis hóminum, in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus,& revertétur in terram ſuam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, ſpes ejus in Dómino Deo ipſius: * qui fecit cœlum, & terram, mare, & ómnia, quæ in eis ſunt.

Qui cuſtódit veritátem in ſæculum, facit judícium injúriam patiéntibus: * dat eſcam eſuriéntibus.

Dóminus ſolvit compedítos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elíſos: * Dóminus díligit juſtos.

Dóminus cuſtódit ádvenas, pupíllum, & víduam ſuſcípiet: * & vias peccatórum diſpérdet.

Regnábit Dóminus in ſæcula, Deus tuus Sion * in generatiónem, & generatiónem.

Réquiem ætérnam.

*Poſtea Sacerdos dicat alta voce ℣℣. cum Orat. tempori conveniente, ut infra; qua finita, dicat ℣℣. ut in fin.*

℣. A'

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. A' porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Credo vidére bona Dómini.
℟. In terra viventium.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Pro Domino Papa.*

*Oremus.*

DEus, qui inter ſummos Sacerdótes fámulum tuum N. ineffábili tua diſpoſitióne connumerári voluíſti: præſta quæſumus; ut qui unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, ſanctórum tuórum Pontíficum conſórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum noſtrum.

*Pro defuncto Epiſcopo.*

*Oremus.*

DEus, qui inter Apoſtólicos Sacerdótes fámulum tuum N. *Pontificali* fecíſti dignitáte vigére: præſta quæſumus; ut cujus vicem ad horam gerébat in terris, ejus quoque perpétuo conſórtio lætétur in cœlis. Per Dóminum noſtrum.

*Pro Generali* vel *Provinciali*

*Oremus.*

DA nobis, Dómine, ut ánimam fámuli tui Patris noſtri N. Generális, quam de hujus ſæculi eduxíſti laborióſo certámine, ſanctórum tuórum cœtus tríbuas eſſe conſórtem. Per Dóminum.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Pro defuncto Sacerdote.*

*Oremus.*

PRæſta quæſumus, Dómine, ut ánima fámuli tui N. Sacerdótis, quem in hoc ſæculo commorántem ſacris munéribus decoráſti, in cœléſti ſede glorióſa ſemper exúltet. Per Dóminum noſtrum.

*Pro defuncto Fratre noſtro Sacerdote.*

*Oremus.*

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui Fratris noſtri Sacerdótis, quam de hoc ſæculo migráre juſſiſti, in pacis, ac lucis regióne conſtítuas, & Sanctórum tuórum júbeas eſſe conſórtem. Per Dóminum noſtrum.

*Pro uno defuncto.*

*Oremus.*

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui, quam de hoc ſæculo migráre juſſiſti, in pacis, ac lucis regióne conſtítuas, & Sanctórum tuórum júbeas eſſe conſórtem. Per Dóminum noſtrum.

*Pro Moniali noſtra.*

*Oremus.*

QUæſumus, Dómine, pro tua pietáte miſerére ánimæ fámulæ tuæ Soróris noſtræ; & à contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ ſalvatiónis partem reſtítue. Per Dóminum noſtrum.

*In-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Intra annum vel diem tertium, ſeptimum, trigeſimum.*

*Oremus.*

QUæſumus, Dómine, ut ánimæ *famuli tui*, cujus depoſitiónis diem commemorámus, Sanctórum, atque electórum tuórum largíri dignéris conſórtium, & rorem miſericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum noſtrum.

*In anniverſario alicujus defuncti.*

*Oremus.*

DEus indulgentiárum Dómine, da ánimæ *famuli tui*, cujus anniverſárium depoſitiónis diem commemorámus, refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. Per Dóminum.

*Pro pluribus.* *Oremus.*

DEus, indulgentiárum Dómine, da animábus famulórum, famularúmque tuárum, quorum anniverſárium depoſitiónis diem commemorámus, refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. Per Dóminum noſtrum.

*Pro Benefactoribus.*

*Oremus.*

DEus véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor: quæſumus cleméntiam tuam; ut noſtræ Congregatiónis fratres, familiáres, & benefactóres noſtros, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt, Beáta María ſemper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium perveníre concédas. Per Dóminum noſtrum.

*Ore-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Oremus.*

ABſólve, quæſumus, Dómine, ánimam *famuli tui* ab omni vínculo delictórum: ut in reſurrectiónis glória inter Sanctos, & eléctos tuos *reſuſcitatus* reſpíret. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

*Sacerdos dicat:*

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.



*Cant.* ℣. Requi- éſcant in pa- ce.

## AD MATUTINUM,

### INVITATORIUM.

*Cant.* R



Egem, cu- i ómni-a vi- vunt



* Ve-ní- te a- do- ré- mus.

*Pſal-*

*Pſalmus* 94.


V
E-ní-te ex- ul- té-mus Dó-mi-no,
ju- bi- lé-mus De- o ſa- lu- tá- ri no-ſtro :
præ- occu-pé-mus fá-ci- em e- jus in confeſ-
ſi- ó- ne , & in pſal- mis ju-bi- lémus e- i.
*Chor*. Regem, cu- i ómni- a.
Quóni- am De-us magnus Dó- mi- nus : &
Rex

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






Quó-


Quó- ni- am ip- ſi- us eſt ma- re, & ip- ſe
fe- cit il- lud, & á -ri-dam funda- vé- runt
ma-nus e- jus. Ve- ní- te a- do- rémus, &
pro- ci- dá- mus an-te De- um, plo-rémus co-
ram Dó-mi-no, qui fe- cit nos. Qui- a
ip- ſe eſt Dó- mi- nus De- us no- ſter : nos

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






diem


di- em ten-ta- ti- ó- nis in de- ſér- to
u- bi ten- ta- vé- runt me pa- tres ve- ſtri,
pro-ba- vé-runt me, & vi- dé- runt ó- pe-
ra me- a.
*Chor.* Ve- ní- te a-do- ré- mus.
Quadra- gín- ta an- nis pró- xi-mus fu- i

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





ge- ne-ra- ti- ó- ni hu- ic, & di-xi : Sem-



per hi er-rant cor- de: ip- ſi ve- rò non



cogno-vé-runt vi- as me- as , qui- bus ju-



rá- vit in i- ra me- a , ſi intro- í-



bunt in réqui- em me- am.



*Chor*. Re-gem,cu- i ómni- a.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






# IN I. NOCTURNO.




*Pſal-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.



*Pſalmus 5.*

VErba mea áuribus pércipe Dómine: * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo: * Dómine manè exáudies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo: * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus: * neque permanébunt injúſti ante óculos tuos.

Odíſti omnes, qui operántur iniquitátem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum ſánguinum & dolóſum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in juſtítia tua: * propter inimícos meos dírige in conſpéctu tuo viam meam.

Quóniam non eſt in ore eórum véritas: * cor eórum vanum eſt.

Sepúlchrum patens eſt guttur eórum, linguis ſuis dolóſe agébant, * júdica illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis, ſecúndùm multitúdinem impietátum eórum expélle eos, * quóniam irritavérunt te Dómine.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Et lætentur omnes, qui ſperant in te: * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ: * coronáſti nos.

Réquiem ætérnam.

ANTI-PHON.













*Pſal-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



## *Pſalmus 6.*

DOmine, ne in furóre tuo árguas me: * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére mei, Dómine, quóniam infirmus ſum: * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valdè: * ſed tu Dómine úſquequò?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi.

Laborávi in gémitu meo, lavábo per ſingulas noctes lectum meum: * lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubéſcant, & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur, & erubéſcant valdè velóciter.

Réquiem ætérnam.

AN-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






### *Pſalmus 7.*

Domine Deus meus, in te ſperávi : * ſalvum me fac ex ómnibus perſequéntibus me,& líbera me.

Ne quando rápiat ut leo ánimam meam : * dum non eſt qui rédimat, neque qui ſalvum fáciat.

Dómine Deus meus, ſi feci iſtud, * ſi eſt iníquitas in mánibus meis.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala: * décidam méritò ab inimícis meis inánis.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Perſequátur inimícus ánimam meam, & comprehéndat, & concúlcet in terra vitam meam,* & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua: * & exaltáre in finibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto, quod mandáſti: * & ſynagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me, Dómine, ſecúndùm juſtítiam meam: * & ſecúndùm innocéntiam meam ſuper me.

Conſumétur nequítia peccatórum, & díriges juſtum, * ſcrutans corda, & renes Deus.

Juſtum adjutórium meum à Dómino, * qui ſalvos facit rectos corde.

Deus judex juſtus, fortis, & pátiens: * numquid iráſcitur per ſingulos dies?

Niſi convérſi fuéritis, gládium ſuum vibrábit: * arcum ſuum teténdit, & parávit illum:

Et in eo parávit vaſa mortis, * ſagíttas ſuas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injuſtítiam: * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum: * & íncidit in fóveam, quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus: * & in vérticem ipſius iníquitas ejus deſcéndet.

Confitébor Dómino ſecúndùm juſtítiam ejus: *
& pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Réquiem ætérnam.

ANTIPHON.




℣. A' porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

*Lectiones leguntur ſine Benedictionibus, & ſine titulo.*

*Lectio i.* Job 7.

PArce mihi Dómine; nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magníficas eum? Aut quid appónis erga eum cor tuum? Víſitas eum di-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



lúculò, & ſúbitò probas illum. Uſquequò non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam ſalívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, ò cuſtos hóminum? Quare poſuíſti me contrárium tibi, & factus ſum mihimetípſi grávis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam: & ſi manè me quæſieris, non ſubſiſtam.

*Sic terminentur Lectiones ſine* Tu autem.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






*Lectio ii.* Job 10.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ, dimíttam advérſum me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnáre:

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



náre: índica mihi, cur me ita júdices? Numquid bonum tibi vidétur, ſi calumniéris me, & ópprimas me opus mánuum tuárum, & conſilium impiórum ádjuves? Numquid óculi cárnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu vidébis? Numquid ſicut dies hóminis dies tui, & anni tui ſicut humána ſunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, & peccátum meum ſcrutéris? Et ſcias quia nihil ímpium fécerim, cùm ſit nemo, qui de manu tua poſſit erúere.






*Lectio iii.*

MAnus tuæ, Dómine, fecérunt me, & plaſmavérunt me totum in circúitu: & ſic repéntè præcípitas me? Meménto quæſo, quòd ſicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut cáſeum me coaguláſti? Pelle, & cárnibus veſtiſti me: óſſibus, & nervis compegiſti me. Vitam, & miſericórdiam tribuíſti mihi, & viſitátio tua cuſtodívit ſpíritum meum.

RES-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# IN II. NOCTURNO.



*Aña*. In lo- co páſ- cu- æ. *Octavus tonus*.

*Pſalmus* 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me ſuper ſémitas juſtítiæ, * propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paráſti in conſpéctu meo menſam, * advérſus eos qui tríbulant me.

Impinguáſti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Réquiem ætérnam.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



ANTIPHON. *Cant.*




## *Pſalmus* 24.

AD te Dómine levávi ánimam meam: * Deus meus in te confido, non erubéſcam.

Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérſi, qui ſuſtinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * ſupervácuè.

Vias tuas, Dómine, demónſtra mihi: * & sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me: * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui tota die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, * & miſericordiárum tuárum, quæ à ſæculo ſunt.

Delícta juventútis meæ, * & ignorántias meas ne memíneris.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Secúndùm miſericórdiam tuam meménto mei tu:* propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget manſuétos in judício : * docébit mites vias ſuas.

Univérſæ viæ Dómini, miſericórdia, & véritas: * requiréntibus teſtaméntum ejus, & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo : * multum eſt enim.

Quis eſt homo, qui timet Dóminum ? * legem ſtátuit ei in via, quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur : * & ſemen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum eſt Dóminus timéntibus eum : * & teſtaméntum ipſius, ut manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum : * quóniam ipſe evéllet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére mei : * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt : * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum : * & dimítte univérſa delícta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt : * & ódio iníquo odérunt me.

Cuſtódi ánimam meam, & érue me : * non erubéſcam, quóniam ſperávi in te.

Inno-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Innocéntes, & recti adhæſérunt mihi: * quia ſuſtínui te.

Líbera Deus Iſrael, * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Réquiem ætérnam.

ANTIPHON.



*Cant.* D E- lí- cta *Chor.* Juven-tú- tis



me- æ, & i- gno- rán- ti- as me- as ne me-



mí- ne- ris, Dó- mi- ne.



*Aña.* Cre- do vi- dé- re. *Quartus tonus.*

*Pſalmus* 26.

DOminus illuminátio mea, & ſalus mea, * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * à quo trepidábo?

Dum

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Dum appropiant ſuper me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipſi infirmáti ſunt, & cecidérunt.

Si conſiſtant advérſum me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exúrgat advérſum me prælium, * in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcóndit me in tabernáculo ſuo: * in die malórum protéxit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me: * & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis: * cantábo,& pſalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam,qua clamávi ad te: * miſerére mei, & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſívit te fácies mea: * fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam à me: * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto: * ne derelínquas me, neque deſpícias me Deus ſalutáris meus.

Quóniam pater meus, & mater mea dereliquérunt me: * Dóminus autem aſſúmpſit me.

Le-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Legem pone mihi Dómine in via tua : * & dírige me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me : * quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viriliter age : * & confortétur cor tuum, & ſúſtine Dóminum.

Réquiem ætérnam.

ANTIPHON.



*Cant.* C Re- do vi- dé- re *Chor.* Bona



Dó- mi- ni in ter- ra vi- vén- ti- um.

℣. In memória ætérna erunt juſti.

℟. Ab auditióne mala non timébunt.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

*Lectio iv.* Job 13.

QUantas hábeo iniquitátes, & peccáta, ſcélera mea & delícta oſténde mihi. Cur fáciem tuam abſcóndis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, oſténdis poténtiam tuam, & ſtípulam ſiccam perſéqueris: Scribis enim contra me amaritúdines, & conſúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuiſti in nervo pedem meum: & obſervâſti omnes ſémitas meas, & veſtígia pedum meórum conſideráſti: Qui quaſi putrédo conſuméndus ſum, & quaſi veſtiméntum, quod coméditur à tínea.




ſer ? u- bi fú- gi- am, ni- ſi ad te De-
us me- us ? mi- ſe- ré- re
me- i, * Dum vé- ne- ris in no- viſ-
ſi-mo di- e. ℣. A- ni- ma
me- a tur- bá- ta eſt val- de,
ſed tu Dó- mi- ne ſuc- cúr- re
ei.




*Lectio v.* Job 14.

HOmo natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis miſériis. Qui quaſi flos egréditur, & contéritur, & fugit velut umbra, & numquam in eódem ſtatu pérmanet. Et dignum ducis ſuper hujuſcémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in judícium? Quis poteſt fácere mundum de immúndo concéptum ſémine? Nonne tu, qui ſolus es? Breves dies hóminis ſunt, númerus ménſium ejus apud te eſt: conſtituíſti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde páululùm ab eo, ut quiéſcat, donec optáta véniat, ſicut mercenárii dies ejus.

RES-PONS. *Cant.* N






© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






## *Lectio vi.*

Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, & abſcóndas me, donec pertránſeat furor tuus, & conſtítuas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putáſne mórtuus homo rurſum vivat?

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



vat ? Cunctis diébus , quibus nunc mílito , expécto , donec véniat immutátio mea. Vocábis me , & ego reſpondébo tibi : óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem greſſus meos dinumeráſti , ſed parce peccátis meis.

RESPONS.

*Cant.*



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





℣. Ré- qui- em æ- tér- nam do-na



e- is Dó- mi ne, & lux per-pé- tu- a



lú- ce- at e- is. * Id- e- ò.

## IN III. NOCTURNO.



*Aña.* Complá- ce- at. *Secundus tonus.*

*Pſalmus* 39.

EXpéctans expectávi Dóminum, * & inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas: * & edúxit me de lacu miſériæ, & de luto fæcis.

Et

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Et ſtátuit ſuper petram pedes meos : * & diréxit greſſus meos.

Et immíſit in os meum cánticum novum , * carmen Deo noſtro.

Vidébunt multi , & timébunt : * & ſperábunt in Dómino.

Beátus vir , cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus : * & non reſpéxit in vanitátes , & inſánias falſas.

Multa feciſti tu Dómine Deus meus mirabília tua : * & cogitatiónibus tuis non eſt , qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiávi , & locútus ſum : * multiplicáti ſunt ſuper númerum.

Sacrifícium , & oblatiónem noluíſti : * aures autem perfecíſti mihi.

Holocáuſtum & pro peccáto non poſtuláſti : * tunc dixi : Ecce vénio.

In cápite libri ſcriptum eſt de me , ut fácerem voluntátem tuam : * Deus meus vólui , & legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi juſtítiam tuam in eccléſia magna , * ecce lábia mea non prohibébo : Dómine tu ſciſti.

Juſtítiam tuam non abſcóndi in corde meo : * veritátem tuam , & ſalutáre tuum dixi.

Non abſcóndi miſericórdiam tuam , & veritátem tuam * à concílio multo.

Tu autem Dómine ne longè fácias miſeratiónes

tuas

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



tuas à me: * miſericórdia tua, & véritas tua ſemper ſuſcepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non eſt númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ ſunt ſuper capíllos cápitis mei: * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: * Dómine, ad adjuvándum me réſpice.

Confundántur & revereántur ſimul, qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórſum, & revereántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféſtim confuſiónem ſuam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent & læténtur ſuper te omnes quæréntes te: * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego autem mendícus ſum, & pauper: * Dóminus ſolícitus eſt mei.

Adjútor meus, & protéctor meus tu es: * Deus meus ne tardáveris.

Réquiem ætérnam.

ANTIPHON.



*Cant.* C Omplá- ce- at *Chor.* Ti- bi Dómi-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






## *Pſalmus* 40.

BEátus, qui intélligit ſuper egénum, & páuperem: * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conſérvet eum, & vivíficet eum, & beátum fáciat eum in terra: * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolóris ejus:* univérſum ſtratum ejus verſáſti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miſerére mei: * ſana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.



Et ſi ingrediebátur, ut vidéret, vana loquebátur, * cor ejus congregávit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur foras, * & loquebátur in idípſum.

Advérſum me ſuſurrábant omnes inimíci mei : * advérſum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum conſtituérunt advérſum me : * Numquid qui dormit, non adjíciet, ut reſúrgat ?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi : * qui edébat panes meos, magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem Dómine miſerére mei, & reſúſcita me : * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi, quóniam voluíſti me : * quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepíſti : * & confirmáſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſrael à ſæculo, & uſque in ſæculum : * fiat, fiat.

Réquiem ætérnam.

ANTIPHON.




*Aña.*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





*Aña.* Si- ti- vit. *Secundus tonus.*

*Pſalmus* 41.

QUemádmodùm deſiderat cervus ad fontes aquárum: * ita deſiderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotídie: Ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam: * quóniam tranſibo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei.

In voce exultatiónis, & confeſſiónis, * ſonus epulántis.

Quare triſtis es ánima mea? * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * ſalutáre vultus mei, & Deus meus.

Ad meipſum ánima mea conturbáta eſt: * proptéreà memor ero tui de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ: * dicam Deo: Suſcéptor meus es.

Quare oblítus es mei? * & quare contriſtátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringúntur oſſa mea: * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies: Ubi eſt Deus tuus? * quare triſtis es ánima mea, & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * ſalutáre vultus mei, & Deus meus.

Réquiem ætérnam.

ANTIPHON. *Cant.*



S I- tí- vit *Chor.* A- ni-ma me- a



ad De- um for-tem vi-vum: quando vé-



niam, & appa-ré- bo ante fá- ci-em De- i.

℣. Ne

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi.

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne oblivíſcáris in finem.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

*Lectio vii.* Job 17.

SPíritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, & ſolùm mihi ſúpereſt ſepúlchrum. Non peccávi, & in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, & pone me juxta te, & cujúſvis manus pugnet contra me. Dies mei tranſiérunt, cogitatiónes meæ diſſipátæ ſunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rurſum poſt ténebras ſpero lucem. Si ſuſtinúero, inférnus domus mea eſt, & in ténebris ſtravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es: mater mea, & ſoror mea, vérmibus. Ubi eſt ergo nunc præſtolátio mea, & patiéntia mea? Tu es Dómine Deus meus.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Lectio viii.* Job 19

PElli meæ, conſúmptis cárnibus, adhæſit os meum, & derelícta ſunt tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miſerémini mei, miſerémini mei, ſaltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare perſequímini me ſicut Deus, & cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tríbuat, ut ſcribántur ſermónes mei? Quis mihi det, ut exaréntur in libro ſtylo férreo, & plumbi lámina, vel celte ſculpántur in ſilice? Scio enim, quòd Redémptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum: Et rurſum circúmdabor pelle mea, & in carne mea vidébo Deum meum. Quem viſúrus ſum ego ipſe, & óculi mei conſpectúri ſunt, & non álius: repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

RESPONS.

*Cant.* R



E- qui- em æ- tér- nam



*Chor.* Do- na e- is Dó- mi- ne, * Et lux

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






*Lectio ix.* Job. 19.

QUare de vulva eduxíſti me? Qui útinam conſúmptus eſſem ne óculus me vidéret. Fuiſſem quaſi non eſſem, de útero translátus ad túmulum, Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi?

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululùm dolórem meum: ántequam vadam, & non revértar ad terram tenebróſam, & opértam mortis calígine: terram miſériæ, & tenebrárum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempitérnus horror inhábitat.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






# AD LAUDES,




*Pſalmus* 50.

MIſerére mei Deus, * ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuátum: * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea: * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóſco: * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci: * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus ſum: * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexíſti: * incérta, & occúlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtáſti mihi.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Aſpérges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium, & lætítiam: * & exultábunt oſſa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis: * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua: * & ſpíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui: * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpii ad te convertèntur.

Líbera me de ſanguínibus Deus, Deus ſalútis meæ: * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluíſſes ſacrifícium, dediſſem útique: * holocáuſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus: * cor contrítum, & humiliátum Deus non deſpícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jeruſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium juſtítiæ, oblatiónes, & holocáuſta: * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam.

AN-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



ANTIPHON.




## Pſalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion : * & tibi reddétur votum in Jerúſalem.

Exáudi oratiónem meam : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos : * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegíſti, & aſſumpſiſti: * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ : * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus ſalutáris noſter, * ſpes ómnium finium terræ, & in mari longè.

Præ-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtia: * qui contúrbas profúndum maris, ſonum flúctuum ejus.

Turbabúntur Gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis: * éxitus matutíni, & véſpere delectábis.

Viſitáſti terram, & inebriáſti eam: * multiplicáſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis, paráſti cibum illórum: * quóniam ita eſt præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus: * in ſtillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ: * & campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéſcent ſpecióſa deſérti: * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti ſunt aríetes óvium, & valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem ætérnam.



ANTIPHON. Cant. E X-áu-di Dó- mi- ne *Chor.* Ora-



ti- ó- nem me- am, ad te om- nis ca- ro vé-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.









### *Pſalmus 62.*

DEus Deus meus: * ad te de luce vígilo.
Sitívit in te ánima mea: * quàm multiplíciter tibi caro mea.

In terra deſérta, & ínvia, & inaquóſa: * ſic in ſancto appárui tibi, ut vidérem virtútem tuam, & glóriam tuam.

Quóniam mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea: * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutínis meditábor in te: * quia fuíſti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhæſit ánima mea poſt te: * me ſuſcépit déxtera tua.

Ipſi

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Ipſi verò in vanum quæſiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo: * quia obſtrúctum eſt os loquéntium iníqua.

## *Pſalmus 66.*

Deus miſereátur noſtri, & benedícat nobis: * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtri.

Ut cognoſcámus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exúltent Gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & Géntes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum ſuum.

Benedícat nos Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus: * & métuant eum omnes fines terræ.

Réquiem ætérnam.

ANTI-PHON.



*Cant.* M E ſu- ſcé- pit *Chor.* Déx-tera

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.









### *Canticum Ezechiæ.* Iſa. 38.

EGo dixi: In dimídio diérum meórum * vadam ad portas ínferi.

Quæſivi reſiduum annórum meórum; * dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aſpíciam hóminem ultrà, * & habitatórem quiétis,

Generátio mea abláta eſt; & convolúta eſt à me,* quaſi tabernáculum paſtórum.

Præcíſa eſt velut à texénte vita mea: dum adhuc ordírer, ſuccídit me: * de manè uſque ad véſperam finies me.

Sperábam uſque ad manè, * quaſi leo ſic contrívit ómnia oſſa mea.

De manè uſque ad véſperam finies me: * ſicut pullus hirúndinis ſic clamábo, meditábor ut colúmba.

Attenuáti ſunt óculi mei,* ſuſpiciéntes in excélſum.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Dómine vim pátior, reſpónde pro me. * Quid dicam, aut quid reſpondébit mihi, cùm ipſe fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine ſi ſic vívitur, & in tálibus vita ſpíritus mei, corrípies me, & vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríſſima?

Tu autem eruíſti ánimam meam, ut non períret,* projecíſti poſt tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non expectábunt, qui deſcéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipſe confitébitur tibi, ſicut & ego hódie: * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine ſalvum me fac, * & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dómini.

Réquiem æternam.

ANTIPHON.

A







Aña.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





*Aña.* Omnis ſpí- ri- tus. *Septimus tonus.*

## *Pſalmus* 148.

Laudáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum in excélſis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum ſol, & luna: * laudáte eum omnes ſtellæ, & lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum, * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in ætérnum, & in ſæculum ſæculi: * præcéptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, & omnes cedri.

Béſtiæ, & univérſa pécora; * ſerpéntes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli: * príncipes, & omnes júdices terræ.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.



Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Conféſſio ejus ſuper cœlum, & terram : * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus : * filiis Iſrael, pópulo appropinquánti ſibi.

*Pſalmus* 149.

CAntáte Dómino cánticum novum : * laus ejus in Eccléſia ſanctórum.

Lætétur Iſrael in eo, qui fecit eum : * & filii Sion exúltent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro ; * in tympano, & pſaltério pſallant ei.

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo : * & exaltábit manſuétos in ſalútem.

Exultábunt Sancti in glória : * lætabúntur in cubílibus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum, * & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conſcríptum : * glória hæc eſt ómnibus ſanctis ejus.

*Pſal-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Pſalmus* 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério, & cíthara.

Laudáte eum in tympano, & choro: * laudáte eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus: laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Réquiem ætérnam.

ANTIPHON. *Cant.* O



M- nis ſpí- ri- tus



*Chor.* Lau- det Dó- mi-num.

## AD BENEDICTUS,

ANTIPHON. *Sacerd.* E



Go ſum *Chor.* Re- ſur- rèctio

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





ré- ćti- o & vi- ta: qui cre- dit in me,



e- ti- ám- ſi mór- tu- us fú- e- rit, vi- vet:



& om- nis qui vi- vit, & cre- dit in me,



non mo- ri- é- tur in æ- tér- num.

*Canticum.*



B E- ne- dí- ćtus Dó- mi- nus De- us



Iſ- ra- el. *Secundus tonus.*

Quia

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ.

Et eréxit cornu ſalútis nobis, * in domo David púeri ſui.

Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſæculo ſunt, prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis noſtris, * & de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam miſericórdiam cum pátribus noſtris: * & memorári teſtaménti ſui ſancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem noſtrum, * datúrum ſe nobis.

Ut ſine timóre, de manu inimicórum noſtrórum liberáti, * ſerviámus illi.

In ſanctitáte, & juſtítia coram ipſo, * ómnibus diébus noſtris.

Et tu puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus, * in remiſſiónem peccatórum eórum.

Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, * in quibus viſitávit nos, óriens ex alto.

Illumináre his, qui in ténebris, & in umbra mortis ſedent: * ad dirigéndos pedes noſtros in viam pacis.

Réquiem ætérnam.

An-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






*Poſt Antiphonam dicat Sacerdos alta voce* Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

*Se-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Sequentes Pſalmi non dicuntur in die animarum, neque in die animarum O. N. neque in die obitus ſeu dipoſitionis defunct. dumtaxat; cæteris autem diebus ſemper dicantur.*

## *Pſalmus* 141.

VOce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Dóminum deprecátus ſum.

Effúndo in conſpéctu ejus oratiónem meam, * & tribulatiónem meam ante ipſum pronúntio.

In deficiéndo ex me ſpíritum meum: * & tu cognovíſti ſémitas meas.

In via hac, qua ambulábam, * abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderábam ad déxteram, & vidébam: * & non erat qui cognóſceret me.

Périit fuga à me, * & non eſt qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine: * dixi: Tu es ſpes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam: * quia humiliátus ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me: * quia confortáti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo: * me expéctant juſti, donec retríbuas mihi.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Pſalmus* 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris Dómine: * Dómine quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt: * & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus: * ſperávit ánima mea in Dómino.

A' cuſtódia matutína uſque ad noctem, * ſperet Iſrael in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſrael, * ex ómnibus iniquitátibus ejus. Réquiem ætérnam.

# IN COMMEMORATIONE
## Omnium fidelium defunctorum.

*Ad Veſperas, & Matutinum, omnia ut in Offic. defunctorum pag.* 113. *exceptis hìc ſignatis.*

Orémus. *Oratio.*

FIdélium Deus ómnium Cónditor, & Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indul-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



indulgéntiam, quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre &c.

## IN I. NOCTURNO.

De libro Job. *Lectio i.*

HOmo natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis miſériis. Qui quaſi flos egréditur & contéritur, & fugit velut umbra, & numquam in eódem ſtatu pérmanet. Et dignum ducis ſuper hujuſcémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in judícium? Quis poteſt fácere mundum de immúndo concéptum ſémine: nonne tu qui ſolus eſt? Breves dies hóminis ſunt, númerus ménſium ejus apud te eſt: conſtituíſti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde páululùm ab eo, ut quiéſcat, donec optáta véniat, ſicut mercenárii dies ejus. ℟. Credo.

*Lectio ii.*

LIgnum habet ſpem, ſi præcíſum fúerit, rurſum viréſcit, & rami ejus púllulant. Si ſenúerit in terra radix ejus, & in púlvere emórtuus fúerit truncus illíus, ad odórem aquæ germinábit, & fáciet comam, quaſi cum primum plantátum eſt: homo verò cum mórtuus fúerit, & nudátus, atque conſúmptus, ubi quæſo eſt? Quómodò ſi recédant aquæ de mari, & flúvius vacuefáctus aréſcat: ſic homo cum dormíerit, non reſúrget, donec atterátur cœlum non

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



evigilábit, nec conſúrget de ſomno ſuo. Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, & abſcóndas me, donec pertránſeat furor tuus, & conſtítuas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putáſne mórtuus homo rurſum vivat? cunctis diébus, quibus nunc mílito, expécto, donec véniat immutátio mea. Vocábis me, & ego reſpondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem greſſus meos dinumeráſti, ſed parce peccátis meis. ℟. Qui Lázarum.

*Lectio iii.*

PElli meæ, conſúmptis cárnibus, adhæſit os meum, & derelícta ſunt tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miſerémini mei, miſerémini mei, ſaltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare perſequímini me ſicut Deus, & cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tríbuat, ut ſcribántur ſermónes mei? Quis mihi det, ut exaréntur in libro ſtylo férreo, & plumbi lámina vel celte ſculpántur in ſílice? Scio enim, quòd Redémptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum: & rurſum circúmdabor pelle mea, & in carne mea vidébo Deum meum. Quem viſúrus ſum ego ipſe, & óculi mei conſpectúri ſunt, & non álius: repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

℟. Dómine, quando véneris.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



## *IN II. NOCTURNO.*

### Ex Enchirídion ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

*Lectio iv.*

TEmpus, quod inter hóminis mortem, & últimam reſurrectiónem interpóſitum eſt, ánimas ábditis receptáculis cóntinet, ſicut una quæque digna eſt, vel réquie, vel ærúmna; pro eo quod ſortíta eſt in carne, cum víveret. Neque negándum eſt, defunctórum ánimas pietáte ſuórum vivéntium relevári, cum pro illis ſacrifícium Mediatóri offértur, vel eleemóſynæ in Eccléſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui cum víverent, ut hæc ſibi póſtea prodéſſe poſſent, meruérunt. Eſt enim quidam vivéndi modus, nec tam bonus, ut non requírat iſta poſt mortem: nec tam malus, ut ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, ut iſta non requírat. Et eſt rurſus talis in malo, ut nec his váleat, cum ex hac vita tranſierit, adjuvári. Quocírca hìc omne méritum comparátur, quo poſſit poſt hanc vitam relevári quíſpiam, vel gravári. Nemo autem ſe ſperet, quod hìc negléxerit, cum obíerit, apud Deum promeréri.

℟. Hei mihi.

*Lectio v.*

NOn ígitur iſta, quæ pro defúnctis commendándis frequéntat Eccléſia, illi Apoſtólicæ ſunt advérſa ſenténtiæ, qua dictum eſt: Omnes enim aſtábimus ante tribúnal Chriſti, ut réferat unuſquíſque

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



que ſecúndùm ea, quæ per corpus geſſit, ſive bonum, ſive malum; quia étiam hoc méritum ſibi quiſque, cum in córpore víveret, comparávit, ut ei poſſent iſta prodéſſe. Non enim ómnibus proſunt. Et quare non ómnibus proſunt, niſi propter differéntiam vitæ, quam quiſque geſſit in córpore? Cum ergo ſacrificia, ſive altáris, ſive quarumcúmque eleemoſynárum pro baptizátis defúnctis ómnibus offerúntur; pro valde bonis gratiárum actiónes ſunt: Pro non valde malis propitiatiónes ſunt: Pro valde malis, etſi nulla ſunt adjuménta mortuórum, qualeſcúmque vivórum conſolatiónes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remíſſio, aut certe, ut tolerabílior fiat ipſa damnátio. ℟. Ne recordéris.

*Idem Auguſtinus in lib. de cura gerenda pro mortuis.*

*Lectio vi.*

SEd utrum áliquid proſit ánimæ mórtui locus córporis ſui, operóſius inquiréndum eſt. Cum récolit ánimus, ubi ſepúltum ſit chariſſimi corpus, & occúrrit locus nómine mártyris venerábilis, eidem mártyri ánimam diléctam comméndat recordántis, & precántis affectus. Cum ergo fidélis mater filii defúncti corpus deſiderávit in Baſilicam mártyris poni, ſiquidem crédidit ejus ánimam méritis mártyris adjuvári; hoc, quod ita crédidit, ſupplicátio quædam fuit: & hæc prófuit, ſiquid prófuit. Quæ cum ita ſint, non exiſtimémus ad mórtuos, pro quibus curam gérimus, pervenire, niſi quod pro eis ſive altáris, ſive oratiónum,

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



num, ſive eleemoſynárum ſacrificiis ſolémniter ſupplicámus; quamvis non pro quibus fiunt, ómnibus proſint; ſed his tantùm, quibus dum vivunt, comparátur ut proſint. Sed quia non diſcérnimus, qui ſint; opórtet ea pro regenerátis ómnibus fácere, ut nullus eórum prætermittátur, ad quos hæc beneficia poſſint, & débeant perveníre. Mélius enim ſuperérunt iſta eis, quibus nec obſunt, nec proſunt; quam eis déerunt, quibus proſunt. ℞. Dómine.

## *IN III. NOCTURNO.*

De Epíſtola prima B. Pauli Apóſtoli ad Corínthios.
*Lectio vii.*

NOtum vobis fácio, fratres, Evangélium, quod prædicávi vobis, quod & accepiſtis. Trádidi enim vobis in primis quod & accépi: quóniam Chriſtus mórtuus eſt pro peccátis noſtris ſecúndùm ſcriptúras: & quia ſepúltus eſt, & quia reſurréxit tértia die ſecúndùm ſcriptúras. Si autem Chriſtus prædicátur, quod reſurréxit à mórtuis, quómodo quidam dicunt in vobis, quóniam reſurréctio mortuórum non eſt? Si autem reſurréctio mortuórum non eſt, neque Chriſtus reſurréxit. Si autem Chriſtus non reſurréxit, inánis eſt ergo prædicátio noſtra, inánis eſt & fides veſtra: invénimur autem & falſi teſtes Dei: quóniam teſtimónium díximus advérſus Deum, quod ſuſcitáverit Chriſtum, quem non ſuſcitávit, ſi mórtui non reſúrgunt, Nam ſi mórtui non reſúrgunt, neque Chriſtus

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



ſtūs reſurréxit. Quod ſi Chriſtus non reſurréxit, vana eſt fides veſtra; adhuc enim eſtis in peccátis veſtris. Ergo & qui dormiérunt in Chriſto, periérunt. Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperántes ſumus, miſerabilióres ſumus ómnibus homínibus. Nunc autem Chriſtus reſurréxit à mortuis primítiæ dormiéntium; quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum. Et ſicut in Adam omnes moriúntur, ita & in Chriſto omnes vivificabúntur. Unuſquíſque autem in ſuo órdine, primítiæ Chriſtus: deínde ii, qui ſunt Chriſti, qui in advéntu ejus credidérunt. ℟. Peccántem.

*Lectio viii.*

QUotídie mórior per veſtram glóriam, Fratres, quam hábeo in Chriſto Jeſu Dómino noſtro. Si (ſecúndùm hóminem) ad béſtias pugnávi Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mórtui non reſúrgunt? manducémus, & bibámus, cras enim moriémur. Nolíte ſedúci. Corrúmpunt mores bonos collóquia mala. Evigiláte juſti, & nolíte peccáre: ignorántiam enim Dei quidam habent ad reveréntiam vobis loquor. Sed dicet áliquis: Quómodo reſúrgunt mórtui? Quálivè córpore vénient? Inſipiens tu quod ſéminas, non vivificátur niſi prius moriátur. Et quod ſéminas, non corpus, quod futúrum eſt, ſéminas; ſed nudum granum, ut puta trítici, aut alicújus cæterórum. Deus autem dat illi corpus, ſicut vult: & unicuíque ſéminum próprium corpus. Non omnis caro, éadem caro: ſed

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



ſed ália quidem hóminum, ália verò pécorum, ália vólucrum, ália autem píſcium. Et córpora cœléſtia, & córpora terréſtria: ſed ália quidem cœléſtium glória, ália autem terréſtrium. Alia cláritas Solis, ália cláritas Lunæ, & ália cláritas Stellárum. Stella enim à ſtella differt in claritáte: ſic & reſurréctio mortuórum.
℟. Réquiem ætérnam.

## *Lectio ix.*

HOc autem dico, fratres; quia caro & ſanguis regnum Dei poſſidére non poſſunt: neque corrúptio in corruptélam poſſidébit. Ecce myſtérium vobis dico: Omnes quidem reſurgémus, ſed non omnes immutábimur. In moménto, in ictu óculi, in noviſſima tuba: canet enim tuba, & mórtui reſúrgent incorrúpti, & nos immutábimur. Opórtet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiónem: & mortále hoc indúere immortalitátem. Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt: Abſórpta eſt mors in victória. Ubi eſt mors victória tua? Ubi eſt mors ſtímulus tuus? Stímulus autem mortis peccátum eſt; virtus verò peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum. Itaque fratres mei dilécti; ſtábiles eſtóte, & immóbiles: abundántes in ópere Dómini ſemper, ſciéntes, quòd labor veſter non eſt inánis in Dómino.


RESPONS.
Cant. L I- be- ra me Dó- mi-ne
Chor. De mor- te æ- tér- na
* In di- e il- la tre- mén- da,
* Quando cœ- li mo- vén- di ſunt
& ter- ra.
* Dum vé- ne- ris ju- di- cá- re


re ſæ- cu- lum per i- gnem.
*Cant.* ℣. Tremens fa- ctus ſum e- go, &
tí- me- o, dum diſ- cúſ- ſi- o
vé- ne- rit, atque ven- tú- ra i- ra.
* In di- e.
*Cant.* ℣. Di- es il- la, di- es i- ræ, ca- la-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





mi- tá- tis, & mi- ſé- ri- æ : di- es ma-



gna, & a- má- ra val- dè. * Quando.



*Cant.* ℣. Quid er- go mi- ſé- ri-mus ? quid



di- cam, vel quid fá- ci- am; dum nil



bo- ni pér- fe- ram an- te tan- tum jú-



di- cem?* Dum vé- ne- ris.


Cant. ℣. Nunc Chri- ſte, te pé- timus, mi- ſe-
ré- re quæ- ſumus: qui ve- ní- ſti re-
dí- me- re pér- di- tos, no- li damná- re
re- démp- ptos. * In di- e.
Cant. ℣. Plan- gent ſe ſu- per ſe cun- ctæ
tri- bus ter- ræ: vix ju- ſtus ſal- vá-
bitur,

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





li- cèt mo- do pu- tré- ſcat, de ſe- púl-



chro fá- ci- es in di- e ju- dí- ci- i



re- ſu-ſci- tá- ri, ex- áu- di, ex-



áu- di me , ut á- ni-mam me- am in



ſi- nu A- bra- hæ Pa- tri- árchæ tu- i



jú- be- as col-lo- cá- ri. * Dum véneris.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.








## A D L A U D E S,

*Omnia ut in Officio defunctorum*, *cum ſola Oratione* Fidélium Deus. *ſine genuflexione*.

## ANTE MISSAM

*Fit recommendatio animarum hoc modo:*

*Dictis* Pater noſter. & Ave María., *dicuntur ſequentes Pſalmi ſedendo.*

In éxitu Iſrael. *pag*. 40. Diléxi quóniam. *pag*. 42. Crédidi. *pag*. 43. Laudáte Dóminum. *pag*. 43. Confitémini. *pag*. 43. Beáti immaculáti. *pag*. 46. Retríbue ſervo. *pag*. 47.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Statim ſubjungatur.*

*Reſponſ.* Subveníte ſancti Dei, occúrrite Angeli Dómini, ſuſcipiéntes ánimas *omnium fidelium defunctorum*: * Offeréntes eas in conſpéctu Altíſſimi. ℣. Suſcípiat eas Chriſtus, qui vocávit eas: & in ſinum Abrahæ Angeli dedúcant eas. * Offeréntes.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

*Deinde ſine* Dóminus vobíſcum. *&* *ſine* Orémus. *dicantur ſequentes Orationes.* *Oratio.*

TIbi Dómine commendámus ánimas *omnium fidelium tuorum*, ut defúncti ſæculo tibi vivant: & quæ per fragilitátem mundánæ converſatiónis peccáta admiſérunt, tu vénia miſericordíſſimæ pietátis abſtérge.

DEus pietátis, & bonitátis invíctæ, & ſempitérnæ cleméntiæ, te ſupplíciter poſtulámus; ut ánimas *omnium fidelium tuorum*, quas de hujus ſæculi ærumnóſa peregrinatióne præcepíſti vocári; univérſa delictórum remiſſióne concéſſa, in ſinu Abrahæ júbeas collocári. Obſecrámus ergo te piíſſime Pater: ut quos Unigéniti tui cruor redémit effúſus, non ſinas vérmibus perpétuis vorári: ſed Angélici ágminis deductióne protécti, Paradíſi tui potiántur ſuavitáte ſecúri: & inter victrícium Mártyrum

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



rum triumpháles catérvas coronáti incédant: à dextris Fílii tui retributiónem receptúri aſſiſtant: & ſanctórum tuórum felíci conſórtio deputáti, regnum cœléſte poſſideant. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℞. Amen.

*Deinde immediatè inchoata Antiphona* Tuam Deus. *dicuntur ſequentes Pſalmi* Legem pone mihi Dómine. *pag.* 48. Memor eſto. *pag.* 49. Bonitátem fecíſti. *pag.* 50.

*Aña.* Tuam Deus depóſcimus pietátem, ut eis retribúere dignéris lúcidas, & quiétas manſiónes.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon,
Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

*Deinde ſine* Dóminus vobíſcum. *& ſine* Orémus, *dicuntur ſequentes Orationes.* *Oratio.*

SUſcipe, Dómine, ánimas *omnium fidelium defunctorum*, quas de ergáſtulo hujus ſæculi vocáre dignátus es: líbera eas de Princípibus tenebrárum, & de locis pœnárum; ut abſolútæ ab omni vínculo peccatórum, quiétis ac lucis ætérnæ beatitúdine perfruántur; & inter ſanctos, & eléctos tuos, in reſurrectiónis glória reſuſcitári mereántur.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humáno córpori ánimam ad imáginem tuam inſpiráre dignátus es, dum te jubénte pulvis in púlverem re-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



vértitur: quæſumus, ut ánimas *omnium fidelium defunctorum* cum ſanctis & eléctis tuis ætérnis ſédibus júbeas ſociári: eáſque ad te reverténtes ex Ægypti pártibus blande, lenitérque ſuſcípias: & Angelos ſanctos tuos eis óbviam mittas, viámque illis juſtítiæ demónſtres. Repélle, quæſumus, ab eis omnes Príncipes tenebrárum: & agnóſce depóſitum, quod tuum eſt. Súſcipe, Dómine, creatúras tuas non ex diis aliénis creátas, ſed à te ſolo Deo vivo, & vero, quia non eſt álius Deus præter te, Dómine: & non eſt ſecúndùm ópera tua. Lætífica, clementíſſime Deus, ánimas *omnium fidelium defunctorum*, & claríſica eas multitúdine miſericórdiæ tuæ: nec meméneris iniquitátum eárum antiquárum, & ebrietátum, quas ſuſcitávit furor mali deſidérii. Licèt enim peccáverint, te tamen non negavérunt: ſed ſigno fidei inſigníti, te, qui ómnia, & eos inter ómnia feciſti, fidéliter adoravérunt. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

*Deinde immediatè inchoata Antiphona* Chorus Angelórum. *dicuntur ſequentes Pſalmi* Defécit in ſalutáre. *pag.* 52. Quómodo diléxi. *pag.* 53. Iníquos ódio hábui. *pag.* 54.

*Aña.* Chorus Angelórum eas ſuſcípiat, & in ſinu Abrahæ ibi eas cóllocet: ut cum Lázaro quondam páupere ætérnam hábeant réquiem.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

*Deinde ſine* Dóminus vobíſcum. *& ſine* Orémus. *dicantur ſequentes Orationes.* *Oratio.*

DIri vúlneris novitáte percúſſi, & quodámmodo córdibus ſauciáti, miſericórdiam tuam, mundi Redémptor, flebílibus vócibus implorámus; ut ánimas *omnium fidelium tuorum* ad tuam cleméntiam, qui fons es pietátis, reverténtes, blande, lenitérque ſuſcípias: & ſi quas illæ ex carnáli contagióne contraxérunt máculas, tu Deus inólita bonitáte clementer déleas, pie indúlgeas, oblivióni in perpétuum tradas: atque has laudes tibi cum cæteris reddítúras, & ad corpus quandóque reverſúras, ſanctórum tuórum cætibus aggregári præcípias.

MIſericórdiam tuam Dómine ſancte Pater omnípotens ætérne Deus, pietátis affectu rogáre pro áliis cógimur, qui pro noſtris ſupplicáre peccátis nequáquam ſufficimus: tamen de tua confiſi gratúita, & inólita benignitáte, cleméntiam tuam depóſcimus, ut ánimas *omnium fidelium tuorum* ad te reverténtes, cum pietáte ſuſcípias: adſit eis Angelus teſtaménti tui Míchael: & per manus ſanctórum Angelórum tuórum inter eléctos tuos in ſínibus Abrahæ, Iſaac, & Jacob Patriarchárum tuórum eas collocáre dignéris: quátenus liberátæ de Princípibus tenebrárum, & de locis pœnárum, nullis jam primævæ nativitátis, aut própriæ iniquitátis, ſeu fragilitátis confundántur

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



dántur erróribus; ſed pótius agnoſcántur à tuis, & ſanctæ beatitúdinis réquie perfruántur; atque cum magni judícii dies advénerit, inter ſanctos,& eléctos tuos reſuſcitátæ, glória maniféſtæ contemplatiónis tuæ perpétuo ſatiéntur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℞. Amen.

*Deinde immediate inchoata Antiphona* Suſcípiat eas. *dicuntur ſequentes Pſalmi* Mirabília teſtimónia tua. *pag.* 55. Clamávi in toto corde meo. *pag.* 56. Príncipes. *pag.* 58.

*Aña.* Suſcípiat eas Chriſtus, qui vocávit eas: & in ſinum Abrahæ Angeli dedúcant eas.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Cóllocet eas Dóminus cum Princípibus.

℞. Cum Princípibus pópuli ſui.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℞. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cui ſoli cómpetit medicínam præſtáre poſt mortem: tríbue quæſumus; ut ánimæ *famulorum, famularumque tuarum* terrénis exútæ contágiis, in tuæ redemptiónis parte numeréntur.

Fi-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur.

PArtem beátæ reſurrectiónis obtíneant, vitámque ætérnam habére mereántur in cœlis. Per te Jeſu Chriſte Salvátor mundi: Qui cum Patre, & Spíritu ſancto vivis & regnas Deus, per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

# STATIONES

## *In die Omnium fidelium defunctorum poſt Miſſam ſolemnem.*

### IN PRIMA STATIONE.

*Reſponſ.* Credo, quòd Redémptor meus. *ut ſupra pag.* 140.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Dó-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus misericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: ut ánimas famulórum tuórum fratrum noſtrórum, quas de hoc ſæculo migráre juſſiſti, in pacis, ac lucis regióne conſtítuas, & ſanctórum tuórum júbeas eſſe consórtes. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

## IN SECUNDA STATIONE.

*Reſponſ.* Qui Lázarum reſuſcitáſti à monuménto. *ut ſupra pag.* 142.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Credo vidére bona Dómini.

℟. In terra vivéntium.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

DEus, qui nos patrem, & matrem honoráre præcepíſti, miserére cleménter animábus paréntum noſtrórum, eorúmque ómnia peccáta dimítte: noſque illos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



## IN TERTIA STATIONE.

*Reſponſ.* Meménto mei Deus. *ut ſupra pag.* 96.
Pater noſter.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. In memória ætérna erunt juſti.
℟. Ab auditióne mala non timébunt.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

DEus, véniæ largitor, & humánæ ſalútis amátor, quæſumus cleméntiam tuam, ut noſtræ Congregatiónis fratres, familiáres, & benefactóres noſtros, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt, beáta María ſemper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium pervenire concédas. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

## IN QUARTA STATIONE.

*Reſponſ.* Ne recordéris peccáta mea. *ut ſupr. pag.* 154.
Pater noſter.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Cóllocet eas Dóminus cum princípibus.
℟. Cum princípibus pópuli ſui.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

MIſerére, quæſumus, Dómine, animábus ómnium benefactórum noſtrórum defunctórum: & de beneficiis, quæ nobis largíti ſunt in terris, præmia ætérna conſequántur in cœlis. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

## IN QUINTA STATIONE.

*Reſponſ.* Peccántem me quotídie. *ut ſupra pag.* 165.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere propitiáre animábus famulórum, famularúmque tuárum, & ómnia eórum peccáta dimítte; ut mortalitátis vínculis abſolútæ, tranſire mereántur ad vitam. Per Dóminum noſtrum.

IN

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# IN SEXTA STATIONE.

*Reſponſ.* Líbera me Dómine. *ut ſupra pag.* 169.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi.

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne oblivíſcáris in finem.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

DEus, cujus miſeratióne ánimæ fidélium requiéſcunt, fámulis, & famulábus tuis ómnibus hìc, & ubíque in Chriſto quieſcéntibus, da propítius véniam peccatórum: ut à cunctis reátibus abſolúti, tecum ſine fine læténtur.

ABſólve, quæſumus Dómine, ánimas famulórum, famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum: ut in reſurrectiónis glória inter ſanctos, & eléctos tuos reſuſcitáti reſpírent. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# IN COMMEMORATIONE
## Omnium fidelium defunct. O.N.

*Ad Veſperas, Matutinum, & Laudes omnia ut in Officio defunctorum pag.* 113.

*Sacerdos dicat*: Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Credo vidére bona Dómini.

℞. In terra vivéntium.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℞. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

INclína Dómine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: ut ánimas Fratrum, & Sorórum órdinis noſtri, quas de hoc ſæculo migráre juſſiſti, in pacis, ac lucis regióne conſtítuas, & ſanctórum tuórum júbeas eſſe conſórtes. Per Dóminum noſtrum. ℞. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéſcant in pace. ℞. Amen.

*Ante Miſſam fit recommendatio animarum O. N. ut ſupra pag,* 201.

Si

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Si tumulus, ſive mauſolæum in Eccleſia pro hujuſmodi exequiis conſtruatur, tunc Fratres Proceſſionaliter ad tumulum tantum procedant, ipſumque circumdent ad abſolutionem reſponſuri. Si verò tumulus non extruatur, Fratres proceſſionaliter ad cæmeteria procedant, ubi jacent Religioſorum cineres, ibique ad unam vel plures abſolutiones à Præſbytero faciendas reſpondeant.*

# STATIONES

## *In die Omnium fidelium defunct. O. N. faciend. poſt Miſſ. ſolemn. proceſſionalit.*

### IN PRIMA STATIONE.

*Reſponſ.* Credo, quòd Redémptor meus. *ut ſupra pag.* 140.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória ætérna erunt juſti.

℟. Ab auditióne mala non timébunt.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Ore-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Oremus.*

DA nobis, Dómine, ut ánimas famulórum tuórum Patrum noſtrórum Generálium, & Provinciálium, quas de hujus ſæculi eduxíſti laborióſo certámine, Sanctórum tuórum cœtui tríbuas eſſe conſórtes. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

## IN SECUNDA STATIONE.

*Reſponſ.* Qui Lázarum reſuſcitáſti &c. *ut ſupra pag.* 142.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi.

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne oblivíſcáris in finem.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: ut ánimas famulórum tuórum fratrum noſtrórum, quas de hoc ſæculo migráre juſſíſti, in pacis, ac lucis regióne conſtítuas, & ſanctórum tuórum júbeas eſſe conſórtes. Per Chriſtum.

IN

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



## IN TERTIA STATIONE.

*Reſponſ.* Meménto mei Deus. *ut ſupra pag. 69.* Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Credo vidére bona Dómini,
℟. In terra vivéntium.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

QUæſumus, Dómine, pro tua pietáte miſerére animábus famulárum tuárum ſorórum noſtrárum, & à contágiis mortalitátis exútæ in ęternæ ſalvatiónis partem reſtítue. Per Chriſtum Dóminum.

## IN QUARTA STATIONE.

*Reſponſ.* Ne recordéris peccáta mea. *ut ſupr. pag.* 154. Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Cóllocet eas Dóminus cum princípibus.
℟. Cum princípibus pópuli ſui.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Ore-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Oremus.*

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere: propitiáre animábus famulórum, famularúmque tuárum, fratrum, & ſorórum órdinis noſtri, & ómnia eórum peccáta dimítte; ut mortalitátis vínculis abſolútæ tranſire mereántur ad vitam. Per Chriſtum.

## IN QUINTA STATIONE.

**Reſponſ.** Líbera me Dómine. *ut ſupra pag.* 169.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A'porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Dómine exáudi &c. ℟. Et clamor meus &c.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

ANimábus, quæſumus, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum, patrum, fratrum, & ſorórum Ordinis noſtri miſericórdiam concéde perpétuam: ut eis proficiat in ætérnum, quod in te ſperavérunt, & credidérunt.

ABſólve, quæſumus, Dómine, ánimas fratrum, & ſorórum defunctórum Ordinis noſtri ab omni vínculo delictórum: ut in reſurrectiónis glória inter ſanctos, & electos tuos reſuſcitáti reſpírent. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# MISSA
## PRO
# DEFUNCTIS.

## INTROITUS.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





*Cant. Pſ.* Te de- cet hymnus De-us in Si-on,



*Chor.* Et ti- bi reddé- tur vo- tum in Je-



rú- ſa- lem: ex- áu- di o- ra- ti- ó- nem



me- am, ad te omnis ca- ro vé- ni- et.



*Cant.* Ré- qui- em.

*Repetitur ter.*



K Y- ri- e e- léi- ſon.

Re-


*Repetitur ter.*
Chri- ſte e- léi- ſon,
*Repetitur bis.*
Ky- ri- e e- léi- ſon.
Ky- ri- e e- léi- ſon.
*GRADUAL.*
*Cant.*
R E- qui- em æ-
tér- nam *Chor.* Do- na
e- is Dó- mi- ne, & lux

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






*Tractus de Ternariis, Anniverſ., & Miſſ. quotidianis.*



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.








*Tractus in die obitus, ſeu depoſitionis.*



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






Tra-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Tractus in Miſſis Omnium fidelium &c. & O.N.*



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





te pro- pi- ci- á- ti- o



eſt ; & pro- pter le- gem tu-



am ſu- ſtí- nu- i



te, Dó- mi- ne.

# PROSA

*Dicitur ad arbitrium Celebrantis, quando pro Ternariis, Anniverſariis, & Miſſis quotidianis, dicitur Tractus* Abſólve.

*Cant.* D



I- es i- ræ, di- es il- la,

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





Sol- vet ſæ- clum in fa- víl- la; Te- ſte



Da- vid cum Sy- bíl- la.



*Chor*. Quantus tremor eſt fu- tú- rus, Quando



ju- dex eſt ventú- rus, Cuncta ſtri- cte



diſ-cuſ- ſú- rus!



*Cant*. Tu-ba mi- rum ſpar- gens ſo- num

Per

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






quo

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






Quòd

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





Quòd ſum cauſa tu- æ vi- æ, Ne me per-



das il- la di- e.



*Chor.* Quæ-rens me ſe- dí- ſti laſ- ſus:



Re-de-mí- ſti Crucem paſ-ſus: Tantus la-



bor non ſit caſ-ſus.



*Cant.* Ju- ſte ju- dex ul- ti- ó- nis

Do-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





tró- nem ex-au- dí- ſti , Mi- hi quo-que



ſpem de- dí- ſti.



*Chor*. Pre-ces me- æ non ſunt dignæ ; Sed tu



bo- nus fac be- nígne , Ne per- én- ni



cre-mer igne.



*Cant*. In-ter o- ves lo- cum præ-ſta ,

Et

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






Chor. Pi- e Je- ſu Dó-mi-ne, Do- na e- is
ré-qui- em. A- men.
OFFERT.
Cant.
D
O-mi- ne Je- ſu
Chri- ſte Chor. Rex gló-
ri- æ, lí- be- ra á- ni- mas
ómni- um fi- dé- li- um de- fun-
ctórum

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





ſunt cœ- li, & ter-ra gló- ri- a tu- a, Ho-



ſán- na in ex- cél- ſis. *Cant.* ℣. Be- ne- dí-



ctus qui ve- nit in nó-mi- ne Dó-mi- ni,



*Chor.* ℟. Ho- ſán- na in ex- cél- ſis.

*Cant.*



A Gnus De- i *Chor.* Qui tol-



lis peccáta mun- di : dona e- is réqui- em.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






in

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





in æ- tér- num, qui-a pi- us es. *Cant.* ℣. Ré-



qui- em æ- tér-nam do- na e- is Dó-mi- ne:



& lux per-pé- tu- a lú- ce- at e- is *Chor.* Cum



ſanctis tu- is.

*Finita Miſſa, ſi ſolemniter celebretur, Celebrans retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, ubi exuta caſula, & depoſito manipulo, accipit pluviale nigrum: Cruciferus medius inter Acolythos deferentes candelabra accenſa; præcedentibus duobus aliis Acolythis, uno cum thuribulo & navicula, alio cum aqua benedicta & aſperſorio: Cruciferus cum cruce ſiſtit ſe in loco parato ad caput defuncti, ſi fuerit præſens, medius inter dictos Acolythos deferentes luminaria:*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.



*Celebrans verò ex alia parte ad pedes defuncti, ſi fuerit præſens cum Miniſtris, & alii duo Acolythi deferentes aquam benedictam, & thuribulum, unus à dextris, & alter à ſiniſtris, Cantores incipiant Reſponſ. ſequentem* Líbera me Dómine. *& Conventus proſequatur: Cantores, vel alii ab eis deputati, cantent Verſ. uſque ad Verſum primum* Kyrie eléiſon. *Sacerdos incipiat* Pater noſter.

*Quo incepto, accipiat aſperſorium de manu Diaconi: & comitante Diacono à dextris, & tenente fimbriam anteriorem pluvialis, aſpergit, circuiens locum paratum: & cum tranſit ante Altare & Crucem, faciat debitam reverentiam: & rediens ad priſtinum locum, de manu ejuſdem Diaconi accipit thuribulum: & eodem modo quo aſperſerat, incenſat.*

*Deinde Diacono, & Subdiacono tenentibus librum dicit* ℣℣. *cum Oratione, ut infra.*



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






Cant.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






Pa-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Credo vidére bona Dómini.

℟. In terra vivéntium.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

Abſólve, quæſumus, Dómine, ánimam fámuli tui N. ab omni vínculo delictórum: ut in reſurrectiónis glória inter ſanctos, & eléctos tuos reſuſcitátus reſpíret. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

*Et faciendo Crucem manu dextera ſuper locum paratum dicit:*

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

*Cant.* ℣. Requiéſcat in pace. *Chor.* ℟. Amen.

*Præcedente Cruce, ordine, quo venerant, redeant ad Sacriſtiam, dicendo Pſal.* De profúndis. *cum* ℣℣. *& Orat.* Fidélium Deus. *ut ſupra in ultima ſtatione Proceſſionis defunctorum.*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



# MODUS FACIENDI
## abſolutiones poſt Miſſam in exequiis ſolemnioribus.

*IN exequiis alicujus Summi Pontificis S. R. E. Cardinalis, ſeu Metropolitani, aut Epiſcopi proprii, ſeu Regis, vel Domini loci obſerventur omnia, ut in Pontificali Romano.*

*Oratio abſolutè dicenda.*

NOn intres in judícium cum ſervo tuo, Dómine, quóniam nullus apud te juſtificábitur homo, niſi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíſſio; non ergo eum tua, quæſumus, judiciális ſenténtia premat, quem tibi vera ſupplicátio fidei Chriſtiánæ commméndat, ſed grátia tua illi ſuccurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis, qui dum víveret inſignítus eſt ſignáculo ſanctæ Trinitátis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

RESPONS. *Cant.*



S Ubve- ní- te *Chor.* Sancti Dei,

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






Ky-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





Ky- ri- e e- léi- ſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

DEus, cui ómnia vivunt, & cui non péreunt moriéndo córpora noſtra, ſed mutántur in mélius: te ſúpplices deprecámur; ut ſúſcipi júbeas ánimam fámuli tui N. per manus ſanctórum Angelórum tuórum deducéndam in ſinum amíci tui Abrahæ Patriárchæ, reſuſcitandámque in noviſſimo judícii magni die; & quidquid vitiórum, diábolo falléŋte, contráxit, tu pius & miſéricors ábluas indulgéndo. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

RESPONS. *Cant.*



Qui Lá- za- rum

*Chor.*


*Chor.* Reſuſci- tá- ſti à monu-mén-to
fœ- ti-dum: * Tu e- is, Dó-
mi- ne, do- na ré- qui- em, & lo- cum
in-dul- gén- ti- æ. *Cant.* ℣. Qui ven-
tú- rus es ju- di- cá- re vi- vos, &
mór- tu- os, & ſæ- cu-lum per i- gnem.
* Tu


* Tu e- is. ℣. Ré- qui- em æ-
tér- nam do- na e- is Dó-mi- ne : & lux
per- pé- tu- a lú- ce- at e- is.
* Tu e- is.
Ky- ri- e e- léi- ſon. Chriſte e- léi-ſon.
Ky- ri- e e- léi- ſon.

Pa-

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

FAc quæſumus Dómine hanc cum ſervo tuo N. defúncto miſericórdiam: ut factórum ſuórum in pœnis non recípiat vicem, qui tuam in votis ténuit voluntátem; ut ſicut hìc eum vera fides junxit fidélium turmis, ita eum illic tua miſerátio ſóciet choris Angélicis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

RESPONS.
*Cant.*




ubi

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






ná- re. * Qui- a pec- cá- vi.
℣. Ré- qui- em æ- tér- nam do- na
e- is Dó- mi- ne , & lux per- pé- tu- a
lú- ce- at e- is. * Qui- a.
Ky- ri- e e- léi- ſon. Chri- ſte e- léi- ſon.
Ky- ri- e e- léi- ſon.

Pa-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui N. quam de hoc ſæculo migráre juſſiſti, in pacis, ac lucis regióne conſtítuas, & ſanctórum tuórum júbeas eſſe conſórtem. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

RESPONS. *Cant.* N









© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






lúceat

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A' porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Ore-*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Oremus.*

ABſólve, quæſumus Dómine, ánimam fámuli tui N̄. ab omni vínculo delictórum: ut in reſurrectiónis glória inter ſanctos, & eléctos tuos reſuſcitátus reſpiret. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

RESPONS. *Cant.* L













&

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.






Cant.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A' porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam,
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



*Oremus.*

ABſólve quæſumus, Dómine, ánimam fámuli tui N. ut defúnctus ſæculo tibi vivat, & quæ per fragilitátem carnis humánâ converſatióne commíſit, tu véniâ miſericordíſſimæ pietátis abſtérge. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
*Cant.* ℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

## BENEDICTIO novæ ſepulturæ.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oremus.*

SAncti✠ficétur habitáculum iſtud, Dómine Deus, per noſtram ſupplicatiónem: ut ab eo contra conátus immundórum ſpiríttuum, mentes fidélium exciténtur ad véniam impetrándam peccatórum, ſive

pœná-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



œnárum pro defúnctis in eo quieſcéntibus : ut citò pœnis ómnibus ánimæ liberéntur, & in die judícii im córpore glorióſa felicitáte fruántur. Per Dóinum noſtrum Jeſum Chriſtum.

*Et aſpergatur aqua benedicta.*

# FINIS LAUS DEO.

*ratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles : abundantes in opere Domini ſemper ſcientes, quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.* B. Pauli Apoſt. ad Corinth. *Epiſt.* I.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria. 2022.